


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [1] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [2] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [3] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

PARTITIONES THEOlogicæ, Pandectarum Vniuerſalium Conradi Geſneri Liber ultimus.

[= Bibliotheca universalis. T. 3]

AD LECTOREM.


PANDECTIS noſtris ſiue ſecundo Bibliothecæ Tomo, cuius libri XIX. nuper editi ſunt, ſacroſanctam Theologiam (hoc eſt in ueterum & recentiorum theologorum libros Indicem copioſiſſimum, ex quo in omne thema propoſitũ amplam ſtatim materiam colligere licebit) totius Operis Colophonem hic adiungimus, Medicinales etiam Partitiones quę ſolæ reſtant, aliàs ſeorſim, ſi Deus annuerit, locupleteſſimas edituri. His interim candide Lector utere & fruere feliciter.

ACCEDIT Index Alphabeticus præſenti libro & ſuperioribus XIX. communis, qui tertij Tomi olim promiſſi uicem explebit.



CHRISTOPHORVS Froſchouerus excudit Tiguri, Anno M. D. XLIX.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [5] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [6] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [7] - -

PUBLIC DOMAIN

NOBILISSIMIS TYPOGRAPHIS

HIERONYMO FROBENIO ET NICOLAO

Episcopio, Conrad. Gesnerus S. D. P.

MENSES iam sex aut septem exacti sunt, cum secundi Tomi Bibliothecæ nostræ libri XIX. quibus in omnem philosophiam, & omne liberalium studiorum genus, indices quosdam per locos & ordines rerum confeci, & quid quacunq; de re (quæ in sermonem aut disciplinam hominum cadit) apud uarios authores literis proditum inueniretur, ostẽdi, publicum acceperunt. Theologiam solum & Medicinam in aliud tempus seruaui, & duos de illis libros seorsim in unum uolumen coniunctos breui edendos promisi. Hoc quidem tum temporis institutum erat nostrum. Postea uero cum manus operi admoliror, & prolixius id futurum prospicerem, quàm ut ad nundinas uobis in Germania communes absolui posset, præsertim cum Medicas Partitiones diligentius copiosiusq; me perscripturum pollicitus essem: mutato consilio, solam in præsentia Theologiam, nec infeliciter spero, per Dei gratiam ad umbilicum perduxi. Eam siue quis nicesimum librum, quod priores nouendecim statim secuta sit: siue potius uicesimumprimum inscribat, sicut ipse feci ab initio totius Operis, cum ueluti colophonem & summum optimumq; studiorum omnium finem reliquis eam accedere placuisset, non multum interest. Porrò cum cæteros omnes libros solis typographis dedicassem illis, qui pulcherrimam optimis libris excusis gloriam sibi peperissent, uobis præcipue ornatissimi uiri librum de medicina destinaueram. Iure enim is ad humanitatem uestram pertinere uidebatur, cum propter alios huius scientiæ clarissimos libros publico usui per uos adornatos, tum propter Cl. Galeni medicorum facile principis opera, quæ à doctissimis uiris in Latinum transfusa sermonem, & ante annos aliquot excudistis: & nunc Iani Cornarij medici de bonis literis omnibus optime meriti opera per omnes libros diligentissime castigata, locupletissimo indice aucta, & per capita cum suis argumentis (quæ in plurimis libris epitomes instar sunt) ubiq; distincta, iterum publicatis. Propter hæc inquam uestra in rei medicæ candidatos beneficia, res ipsa clamare uidebatur, ut Pandectas nostras medicinales, hoc est Vniuersalem in medicorum libros indicem uobis omnino nuncuparem, & publico omnium nomine gratias agerem. Nam ipsa beneficij commemoratio, si non gratitudo, ingenuũ tamẽ eius signum est. Sed cum libri huius de medicina editionem diutius quàm speraueram differri uiderem, uestra uero cum in me priuata, tum publica in omnes omnium bonarum literarum studiosos beneficentia, maior atq; splendidior fit, quàm ut diutius debita ei gratitudo latere debeat, mutato proposito Theologiam sub nomine uestro emitto: Non quod antea nescirem plura & maiora uolumina, theologis uos dedisse quàm medicis, sed quia in meam (ut solemus) professionem magis eram propensus. Certe quæ plures quàm Frobeniana Officina ueterum theologorum optimos maximosq; codices excuderit, quocũq; me uertam, nullam reperio. Eadem ut uetustissima omnium quantum ego meminisse possum, ita clarissima nobilissimaq; per uniuersam Europam semper fuit, hodieq; est: cum adeò non degeneret ut gloriam & authoritatem pristinam magis magisq; hactenus adaugeat, tam plærisq; præstantior aliis quàm

Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ Ἅτε διαπρέπει νυκτὶ, μεγάνορος ἐξοχα πλούτου.

Cæterum quot & quantos authores Officinæ uestræ debeant sacrarũ literarum studiosi, ex catalogo quem hic subijcere libuit, statim agnoscent. Subieci autem illum non quod hedera, ut aiunt, suspensa uestris opus sit libris, qui per se satis uendibiles sunt, partim authorum, partim uestra laude: sed ut pijs hominibus, qui diuersas orbis partes habitant, & quos præstantissimi quiq; typographi libros excuderint uehementer scire desyderant, nonnihil gratificarer. Valete candidissimi uiri & pulcherrimis libris excudendis, orbemditare, & Germaniam nostram ornare pergite, quod ut diu & feliciter faciatis, omnes ad eam rem conatus uestros modis omnibus fortunari, Deum opt. max. ex animo oro. Tiguri, anno 1549. mense Februario.

INDEX LIBRORVM OFFICINAE ET TABERNAE

Frobenianæ Basileæ, usq; ad initium anni 1549. ordine literarum.

Actius medicus, à Cornario conuersus.
Ambrosij opera, ab Erasmo recognita.
Ant. Musæ in Aphorismos Hippocratis & Galeni commentaria & annotationes.
Eiusdem Catapotia.
** Ant. Sabellici lucubrationum tomi duo.*
Arnobius contra Gentes.
Arnobius in Psalterium, ex Erasmi recognitione.
Aristophanes cum commentarijs, Græce.
Arriani Cosmographia, Græce.
Artemidorus De insomnijs, Iano Cornario interprete.
Augustinus De ciuitate Dei, cum commentarijs Lod. Viuis.
Augustini opera ab Erasmo recognita.
Basilij Magni opera, Græce.
Basilij Magni opera, Latine.
Biblia Hebræa, integra.
Biblia Latina, forma folij.
Blondi opera, de Roma triumphante & instaurata,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [8] - -
PUBLIC DOMAIN

Italia lustrata: itẽ inclinati imperij Decades tres.
Cælius Calcagninus.
Cælius Rhodiginus.
Callimachus cum Gnomis, Græce.
Caspar Contarenus de rep. Venetorum.
Constantinus De agricultura, Latine.
Cornelius Tacitus, cum Annotationibus Beati Rhenani Selestadiensis.
Corpus iuris Canonici.
Diogenes Laertius De uitis philosophorum, Græce.
Dionysius Halicarnasseus, per Sigis. Gelenium Latinitate nouiter donatus.

DES. ERASMI ROT. OPERA omnia, unico corpore complexa. Habentur & eius quædam seorsim, ueluti

Adagiorum Chiliades IIII. cum dimidia.
Antibarbarorum liber.
Apophthegmatum libri.
Colloquia.
Copia uerborum ac rerum.
De amabili Ecclesiæ concordia.
De præparatione ad mortem.
De puritate Tabernaculi, siue Ecclesiæ.
Declamationes uariæ.
De conscribendis epistolis.
Ecclesiastes, siue De modo concionandi.
Enchiridion militis Christiani.
Epistolarum omnium Opus.
Lingua.
Luciani aliquot dialogi, Latine redditi.
Matrimonij Christiani institutio.
Moriæ encomion, cum scholijs.
Nouum testamentum, cum Annotationibus.
Nouum testamentum, forma enchiridij.
Nouum testamentum in quarto, Græce.
Paraphrases in Nouum testamentum, forma folij & enchiridij.
Similia, seu Parabolæ.
Symboli apostolorum explanatio.
Terentius, ex recognitione Erasmi.
Tusculanæ quæstiones Ciceronis, illustratæ scholijs Erasmi.

Erasmicorum finis.

Ecclesiastica historia Eusebij & aliorum aliquot scriptorum.
Eliæ capitula, cantica, Hebraice.
Eucherius in Genesim & libros Regum.
Eutropius De origine & incremento Rom. imperij, cum Paulo Diacono.
De gestis Longobardorum.
Francisci Massarij Annotationes in Plinij librum nonũ.
Galeni opera uniuersa, Latine. Vide supra in præfatione nostra.
Galenus De compositionæ pharmacorum, cum commentario Iani Cornarij.
Galeni uaria opuscula Græca, recognita & emendata per Ioan. Caium Britañ.
Georgius Agricola de physicis subterranearum metallicarumq; rerum generationibus.
Gregorij Nazianzeni orationes.
Hieronymi Epistolæ recognitæ.
Hieronymi opera omnia.
Hilarij opera, iterum ad uetustos codices collata & emendata.
Hippocratis opera Græce.
Hippocratis opera Latine, ex Cornarij interpretatione.
Iani Cornarij Epigraphe rei medicæ.
Institutiones Imperiales, Græce.
Ioan. Chrysostomi opera, recognita denuo & aucta.
Ioan. Ruellius De natura stirpium.
Iosephus Græcus.
Idem, nouiter Latinus factus.
Irenæus Theologus, ab Erasmo recog.
Isagoge Munsteri in linguam Hebræam.
Lazarus Bayfius De re nauali, uestiaria & uascularia, cum imaginibus uarijs.
Lod. Cælij Antiquæ lectiones, recognitæ, & plus tertia parte auctiores redditæ ab ipso autore.
Marcellus medicus.
Methodus medendi Io. Caij Britanni.
Michael Ritius De regibus uarijs.
Nicolai Leonici De uaria historia libri III.
Origenis opera, per Erasmum recognita.
P. Diaconi historia, Eutropio iuncta.
P. Iouius De piscibus Romanis.
Parthenij amatoria.
Petri Bembi Epistolæ.
Platonis opera, Latine.
Plinij historia naturalis, collatione ad manuscriptos codices emendatior facta cum annotationib. Sig. Gelenij.
Plutarchi Moralia, Græce.
* Promptuarium seu Thesaurus linguæ Latinæ.
Prouerbia Salomonis Hebraice & Latine, per Munsterum recognita.
Psalterium Hebraicum.
Ptolemæi Geographia, Græce.
Q. Curtius, cum supplemento librorum desideratorum, per Christof. Brun.
Raph. Volaterrani commentaria.
Saluianus Theologus De prouidentia dei.
Seb. Munsteri Grammatica Chaldaica.

Grammatica

Grammatica Hebræa Eliæ per Munsterum recogni-
ta, & scholijs illustrata.
Decalogus Hebraice.
Dictionarium Chaldaicum Munsteri.
Dictionarium Hebraicum Munsteri, recognitum &
auctum denuo.
Calendarium Hebraicum Munsteri.
Tabula coniugationum Hebraicarum.
Suetonius cum Ammiano Marcellino recognito, &
& quatuor libris aucto, alijsq; non paucis, ui-
tarum impp. historicis.
Suidæ dictionarium.
Symmachi Epistolæ nouiter emendatæ & auctæ, per
Mart. Lypsium.
Terentius cum commentarijs.
Tertullianus, denuo per Beatum Rhenanum recog.
& scholijs illustratus.
Theodorus Priscianus, medicus.
Vtopia Thomæ Mori.
Viglij commentaria in X. tit. Instit.

IN THEOLOGICAS PARTITIONES CONRADI GESNERI AD LECTOREM PRAEFATIO, in qua docetur quid Theologia cum alijs artibus ac philosophia commune habeat: & quod hic liber à præcedentibus nouendecim separari non debeat.

MAXIMAS Deo immortali gratias agere debemus propter mortalium generi concessos sacrosanctæ Scripturæ libros, & tot iam sæculis conseruatos, ut nihil eis in ullis usquã literarum monumẽtis antiquius reperiatur. Non solum enim (id quod maximum est.) omnes homines ea quæ præsentis uitæ tranquillitatem & salutem olim æternam attinent, ex illis facile intellectu consequuntur: sed eruditi etiam & penitioris rerum naturæ omnisq; sapientiæ studiosi (quod secundarium est) innumera inde addiscunt, de quibus gentilium philosophi semper digladiati sunt, nec unquam satis se extricare potuerunt. Quod ita contigisse mirum non est. Cum enim Theologia (quod gentiles etiam fatentur) prima philosophia sit, & reliquæ scientiæ ut ab ipsa incipiunt, ita in eam desinant (si modo perfectæ fœcundæq; esse uelint, nec tanquam rami à trunco auelli) nisi hæc satis perspecta fuerit, quantum homini fas & necesse est, quid ab illis certum & constans expectabis? Quis modus erit naturali philosopho de rerum initio & uniuersitatis creatione disputandi? quis item nugandi de fine & interitu eiusdem, citra ueram Theologiæ cognitionem? Aut quando de animorum substantia & immortalitate uel physici uel metaphysici rixari, & medici dubitare desinent, nisi Mosis & Christi disciplinam subierint? Iam in morali scientia an unquam finis dissensionum de uoluntate & arbitrio, de fœlicitate & summo bono, de affectuum natura, quo Platonici, Stoici, Peripatetici, Epicurei, & alij nescio qui concilientur, sperari poterit, absq; diuinæ illius, quam ex sacris Scripturis haurimus, sapientiæ thesauro? Sed hæc patris delibasse sat fuerit: Nam uel capita rerum & quæstionum in omni philosophia, quæ solius Theologiæ studio uerè dissolui possunt, enumeraturus, integro ad eam rem libro opus haberet. Frustra igitur philosophantur, quicunq; uel absq; Theologia nostra (sic illam appello ut à philosophica discernam) ad rerum contemplationẽ quarumuis accedunt primum: aut postea citra illam consistunt, tanquam non hic unus finis & scopus omnium sit: quid dixi frustra? imò malo etiam suo illi ipsi impietatem potius, malorum omnium cumulum, quàm sapientiam summum bonum sibi acquirunt. Sed aliud instituebam, non ut usum & necessitatem Theologiæ docerem, quod maioris eloquentiæ est: uerum ut ostenderem eam permulta habere communia cum scientijs cæteris, à quibus tamen ipsa nihil accipit, sed de suo communicat. Hoc cum ita se habeat, & non aliarum solum inter se mutuus quidam sit nexus (encyclopædiam Græci dicunt) dum aliæ aliud accipiunt à superioribus, &

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [10] - -
PUBLIC DOMAIN

aliud subditis sibi tradunt: sed omnes omnino ad Theologiam (ut dixi) tanquam initium & finem referantur: nemo mirabitur tam frequenter Lectorem huc illuc remitti: & ijsdem de rebus in libris agi diuersis. Nam ut Gratiarum inter se nexus, ita Partium philosophiæ est, dant & accipiunt uicissim, non tamen ut illæ per circulū, sed sicut in certamine quo lampadem per manus tradunt. Hac ego rerum & scientiarum cognatione animaduersa, de omnibus quidem in uno Volumine, libris aliquot distincto, agere uolui, cui eandem ob causam de ipsa in uniuersum philosophia & sapientia initium feci: sed operam dedi ne quid ulli alienum adscriberem temere, nec ullum in locum quicquam disponerem, de quo mihi ratio non constaret cur huc potius quàm illuc referrem. Quod si quædam per ignorantiam (cuius excusatio in tam prolixo uarioq; opere facile admittenda est) non suo loco reposui, ut nihil dicam de temporis angustia, nō ideo uel bonam fidem uel methodi rationem, quantum me attinet, studiosi desyderabunt. Sed omissis cæteris de Theologia tantum dicam, & quid ei cum alijs hoc quidem in Opere commune sit, ostendam. Primum itaq;, ut paulò altius repetam, artium illæ quæ sermonis cultum, iudicium, & copiam profitentur, rei nihil ad Theologiam, ut neq; ad ullam aliam scientiam adferunt, eloquentia tamen & tractandi methodo ut in primis eam ornant atq; illustrāt, ita ad docendum propemodum necessariæ mihi uidentur. Minus etiam his conferunt Mathematicæ, ingenium tamen in uniuersum acuunt, & cœli terræq; & aliarū rerum, circa numeros, magnitudines, sonos, uicesq; motuum, rationes perpendūt, unde ad optimi maximiq; architecti & rerum istarum moderatoris notionem ueluti gradus quidam animis ascensuris sternuntur. Quæ uero iam propius ad philosophiam pertinent, & substantiæ eius partes existimantur, ut Moralis, Ciuilis, Iurisprudentia, Oeconomica, Physica, in rebus ipsis noscendis agendisue, plurimum cum Theologia commune habent: id quod plærisq; manifestius est quàm ut admoneri indigeant. Hoc potius docendum breuiter quibus in Libris & Titulis huius Voluminis communia hæc tractentur (siue reuera eis communia sint, siue à nobis saltem sic posita) ut hac etiam exercitatiuncula familiare magis Lectori eius usum desyderanti hoc Opus fiat: Sequemur autem librorum ordinem.

Libri primi Titulus primus multa de philosophia, sapientia, & doctrina in genere continet: quæ ut ad gentilem primum philosophum siue theologum, ita ad Christianum etiam Theologiæ professorem pertinent. Nō simpliciter enim uerum docendum, sed contraria etiam asserentes conuincendi sunt.

Liber nonus de astrologia uariam ex stellis prædictionem tractat, & primum qui eius laudes reprehensiones & apologias scripserint, enumerat. Quæ cognoscere omnino Theologi est, ut quatenus probandus astrologię usus sit dignoscat, cum ut plurimæ ita maxime plausibiles inter eruditos etiam quosdam superstitiones inde emergant, eiusq; authoritate se tueantur.

Decimus liber de licita illicitaq; diuinatione & Magia inscriptus, multa in genere & particulatim tractat, quæ intelligere in officio Theologi est, & plæraq; etiam illorum in hoc de Theologia libro suos habent locos, ut Reuelationes, uisiones, somnia, prophetæ, miracula, superstitio, & ipsa magia. Totus autem ferè hic liber, ad gentilium Theologiam referri, aut ei statim ceu pars eius quædam subijci poterat.

Vndecimus liber Geographicus est, & inter cæteras Tituli quinti partes, unam habet de Palæstina & terra sancta.

Duodecimus historias recensет: & primo Titulo quinam Chronicorum & historiarum cōmunium scriptores habeantur: quorum plærique non profanas solum sed sacras etiam historias literis prodiderunt.

Eiusdem Tituli 11. pars 4. de Syria, Palæstina, & Phœnicia inscribitur.

Quartusdecimus de naturali philosophia ut alijs sui partibus sacræ Scripturæ stu-

dium plu-

dium plurimum ornare poteſt, ita proxime ad id accedit in ijs quæ à primo philoſopho mutuatur, ut ſunt creatio & gubernatio mundi, diſputationes de materia prima, & de primo motore: & quæ ad animæ ſubſtantiam, uoluntatem, mentem, eiuſq; immortalitatem attingunt.

Quintusdecimus de prima philoſophia & theologia gentiliũ, ipſa inſcriptiõe ſtatim utilitatem ſui declarat. Multa ſanè de Deo, & pietate, & uarijs ad religionem pertinentibus rebus pie ſanctéq; gentiles docuerunt, quæ tamen noſtræ Theologię (ut mera ſyncera q; ſibi ſeruaretur) non admiſcere, ſed hic ſeorſim indicare uoluimus. Id quod in Ethicis plærũq; etiam fecimus, ut quæ de uirtutibus & uitijs, aliijs q; huic ſapientiæ parti propríjs, gentiles uel alij extra Theologicam profeſſionem ſcripſiſſent, ſeorſim libro 16. commemorarentur: quæ uero Theologi, Titulo 4. præſentis libri. Et hic quidem ſatis accurate diſcrimen hoc obſeruaui, ne ullum profanum authorẽ citarem: Supra uero in Ethicis non æque: memini enim ſacros quoſdam ſcriptores illic etiam adduxiſſe; ut hanc etiam ob cauſam hic liber à ſuperioribus 19. ſeparandus non ſit.

Sextusdecimus liber (de quo nunc etiam diximus) totam moralem philoſophiam comprehendit, de qua itidem Titulum 4. præſentis libri inſtituimus, & frequenter inde remittimus Lectorem, ut ab alijs etiam huius Libri locis aliàs ad alios ex præcedentibus 19. frequentius autem hinc illuc quàm contra. Quæcũq; enim ad alios libros commodè referri poterant, quamuis Theologiæ aliquo loco accedere potuiſſent, illis adiunximus, ne hæc nimium augeretur, illæ minuerentur. Quamobrem ſic quoq; omnes huius Operis libros coniungi conueniet.

Septimusdecimus de rebus Oeconomicis agit, & ab Ethica dependet. Eas in hoc libro delibauimus tantum Parte 1. Tituli 4. ubi etiam omnino omitti poterant, ut integræ illic cõtinerentur, cum breuis earum traditio ſit. Ethica uero propter prolixitatem commodius ſeparatur.

Octauusdecimus Politicus eſt: quod ſimiliter argumentum hoc in libro ſub finem Tituli quinti paucis attigimus.

Nonusdecimus utriuſq; Iuris Partitiones habet. Conſtat autem non ſolum Pontificij iuris ſcientiam ad Theologiam & utriuſq; Teſtamenti tractationem pertinere, exquibus omnem authoritatem mutuari debebat: ſed in Ciuili etiam iure quæ ad eccleſiam & eccleſiaſticas perſonas ſpectant, multa tractari.

Cum igitur tanta ſit horum inter ſe librorum coniunctio, ut ſeparari non debeant (quanquam ſuperiores magis abſq; Theologia utiles eſſe poſſunt, quàm contra, propter diuiſionis modum à nobis obſeruatum) Indicem quoque alphabeticum unum in omnes communem colligi operæpretium uidebatur. Qui quidem tertij Tomi olim à nobis promiſſi utilitatem præſtabit: & ſi quid ipſe in diſponendo deliquiſſe uidebor (quod aliquoties factum eſſe non diffiteor ipſe) ut ſi quædam ſuo omiſſa ſint loco, uel prorſus, uel ex parte aliqua, aut citata alieno, eiuſdem Indicis commoditas me excuſabit.

Medicinam aliàs Domino fortunante, ſeorſim dabimus, eamq; locupletiſſimam, ne fruſtra tam diu ad poſtremum dilata ſit locum, præſertim cum illud à me poſtulet profeſſio mea, ut ars quam indies colo & exerceo plus diligentiæ & perfectionis, quàm cæteri huius Operis libri præ ſe ferat.

Hæc hactenus: neque enim illa mihi repetenda duxi quæ ab initio huius ſecundi Bibliothecæ Tomi præfatus ſum; quorum capita hic ſubſcribam, ut quæ quis uoluerit inde petat.

De occaſione Operis.

Excuſatio ſi qui obiecerint melius omnia & locupletius fieri potuiſſe.

Quomodo unde congeſtum ſit Opus.

De uſu utriuſq; Bibliothecæ Tomi, & utrumq; coniungendi neceſſitate.

Qui libri dicendi sint augere polygraphiam & onerare studiosorum lectiones, qui contra leuare & minuere.

De utilitate eius ad discendum simul docendumq;, &c.

Quod licet de scientijs omnibus scribam, nullius tamen exactam cognitionem mihi uendicem.

Cur non diutius pressum & retentum sit Opus, donec melius perficeretur.

Cur multa tenuia & exilia passim, & quorumuis scriptorum etiam barbarorum libri in eo citentur.

De utilitate exercitationis adolescentium ad suos quæq; locos tum uniuersales tum particulares in omnibus scientijs referendi.

De promisso tertio Tomo, quod minime necessarius sit, quodq; Index huic Operi adiunctus uicem eius supplere possit.

Laudes ordinis in uniuersum.

Valete Lectores optimi, & laboribus nostris fauete.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

TABVLA QVAE BREVISSIME OB OCVLOS PO[nit] ordinem & methodum Partitionum Theologicarum. T. Titulum, P. Partem designat. Numerus in fine post singulas partes fólium indicat.

Theologiæ studium

- Integræ
  - Isagogicum.
  - Biblicum.
- Per partes
  - Metaphysicum. Polemicum.
  - Ethicum. Historicum.
  - Ecclesiasticum. Varium.

Isagogicum Tit. 1. Cuius Partes

1. De theologia religione & fide Christ. in genere, 1. a.
2. De libris Theologiæ summam complèxis, 2. b.
3. Qui scripserint in Sententias Lombardi 4. b.
4. De catechismis & Symbolis, 6. b.

Biblicum Titul. 2. Cuius Partes

1. De pertinentibus in genere ad intellectum utriusq; Testamenti, 7. b.
2. De integris Biblijs, eorumq; editionibus & de Vetere Test. seorsim 11. a.
3. De Theologia Iudæorum tum reliqua tum Talmudica, 15. b.
4. ¶ De scriptis in Pentateuchum, 19. a.
5. In Iosue, Iudicum, Ruth, Samuel, Regum, & Prophetas, 21. b.
6. In reliquos ueteris Test. libros 23. b.
7. ¶ De noui Test. editionibus. De pertinentibus ad 4. Euangelia communiter & partiu latim. ¶ Sermones de tempore & SS. 27. b.
8. In singula 4. Euangelia, & in Acta, 31. b.
9. In Epistolas & Apocalypsin. ¶ Epistolæ uetustißimorum theologorum, 34. b.

APPENDIX Biblicorum.

10. Sermones, simpliciter, ad populum, ad personas religiosas uel principes, 37. b.
11. Precationes, Soliloquia, Meditationes, Hymni, 39. a.
12. Reuelationes futurorum, uisiones sacræ, somnia, 40. b.

Metaphysicū, uel de subſtātijs incorporeis. Tit. 3. Cuius partes

1. De Deo simpliciter. De Deo patre, 41. a.
2. De Trinitate, 43. a.
3. De Christo, & tota eius historia Euangelica, 44. a.
4. De spiritu sancto, 49. b.
5. Dei propria & effectus: & hominis quædam erga ipsum officia, 50. b.
6. De spiritibus bonis & malis, 54. b.
7. Homo in genere. Anima. Arbitrium. Conscientia, 56. b.

Ethicum, Tit. 4. cuius Partes

1. De uirtute in genere, & uarijs ad eam referendis. Oeconomica quædam. De uitijs simul & uirtutibus in genere, 59. a.
2. De malo, uitijs & peccatis in genere. Summæ & alij libri de uitijs, 63. b.
3. De affectibus, 66. a.
4. De iustitia, simpliciter, erga Deum, erga homines, 67. a.
5. De iniustitia, 73. a.
6. De prudentia, sapientia, &c. 75. b.
7. De contrarijs, 76. a.
8. De temperantia, 76. b.
9. De intemperantia, 78. a.
10. De fortitudine. De gloria & utraq; fortuna. De consolationibus, 79. a.
11. De uitijs fortitudini oppositis, 82. a.
12. De præmijs præsentis & futuræ uitæ, 82. b.
13. De pœnis, 85. a.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [14] - -
PUBLIC DOMAIN

Ecclesiasticũ, Tit. 5. idq; uel circa Ecclesiam integram, uel personas religiosas, uel ceremonias. Cuius partes

¶ 1. De ecclesia, & pertinentibus ad eam in genere, 87.a.
¶ 2. De personis ecclesiasticis, & ordinibus diuersis. Sacerdotes, episcopi, & alij prælati. Papa. Ecclesiæ & sacerdotũ authoritas, potestas, immunitas, possessiones, 88. a.
3. De synodis in genere, 92.a.
4. Traditiones humanæ, indulgentiæ, excommunicatio, 92.b.
5. Prophetæ, doctores & concionatores. Concionandi ratio. Auditores, 93.a.
6. Monachalia, 94.a.
¶ 7. De sacramentis in genere. De sacramentis ueteris Testamen. circumcisione & sacrificijs, 97.b.
8. Baptismus & confirmatio, 98.b.
9. De cœna Domini & Missa, 99.b.
10. Ieiunium, pœnitentia, confessio, satisfactio, 102.a.
11. Matrimonium. Cœlibatus, coniugium & concubinæ sacerdotum, 103.b.
12. Vota, 104.b.
13. Templa. Ceremoniæ & ritus diuersi, tum alij, tum superstitiosi. Imagines & reliquiæ. Libertas Christiana, 105.a.
14. Dies festi & solennes, 106.a.
15. Vnctio extrema. Sepultura & pertinentia ad eam, 107.a.
16. Pauca quædam Politica, 107.b.

Polemicũ, Tit. 6. Cuius Partes

1. De hæreticis, hæresi, schismate, & superstitione in genere, 107.b.
2. Hæreticorum catalogus alphabeticus, 109.b.
3. Contra gentiles, Iudæos, & Turcas, 120.b.
De scriptis Lutheranorum in genere, & aliorum contra ipsos.
4. Aduersaria scripta extra hæreseos notam. Inuectiuæ. Apologiæ, 125.a.
5. Hæreses per locos digestæ, 126.

Historicũ, Tit. 7. Cuius Partes


1. Historiæ sacræ in genere & secundum gentes. Persecutiones, 136.a.
2. Historiæ ueteris Testamenti, 137.a.
3. Noui Testamenti, 138.b.
4. Concilia & Decreta, 140.a.
5. Pontifices Romani 142.b.
6. Scriptores ecclesiastici, 146.a.
7. Sancti & martyres in utroq; sexu, 147.b.

Varium, Tit. 8. Cuius Partes

1. Summæ. Loci communes. Indices. Vocabularia quædam, 151.b.
2. Quæstionum & disputationum libri, 152.b.
3. Epistolæ, 153.a.
4. Dialogi, 154.b.
5. Poëmata & Picturæ, 154.b.
6. Ludicra, Scoptica, Pasquilli, 156.a
7. Reliqua uaria, ut sunt Paradoxa, Similia, Stromata, &c. 156.b.

EORVNDEM

EORVNDEM ARTIFICIOSIOR DIVISIO,
quam per chartæ angustiam sequi supra non licuit.



Hanc distributionis methodum secuti studiosi, & ipsi facilius hæc augebunt, & alicubi forsitan corrigent, hoc est disponent commodius. Multò enim facilius apparet opere iam perfecto, & partibus inter se omnibus comparatis, ut in statuis & ædificijs, sic in libris etiam, quid insit uitij, quàm in singulis antea seorsim, præsertim si magnum uariumq; sit Opus: idq; multò magis si quod inchoatum est aliquandiu intermissum fuerit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [16] - -
PUBLIC DOMAIN

SEQVVNTVR OMNIVM TITVLORVM PARTES copioſius enumeratæ, & quibus quæq; foliis reperiantur.

TITVLI I. qui continet Iſagogica Partes 4.

PARS 1. fol. 1. a. De theologia, religione, & fide Chriſtiana in genere. Laus theologiæ, hortatio ad eius ſtudia, eorumq; ratio. Differentia eius á philoſophia.

2. fol. 2. b. De libris qui Theologiæ Chriſtianæ ſummam complectuntur: & primo de apologijs pro fide, et confeſſionibus.

3. fol. 4. b. Enumeratio illorũ qui in Petri Lombardi Sententiarum libros ſcriptum aliquid reliquerunt, ſecundum ordinem literarum.

4. fol. 6. b. De catechiſmis & ſymbolis.

TITVLI II. continentis Biblica, & alia quædam Partes 12.

PARS 1. fol. 7. b. De ſcriptura in genere. Lex. Legis & Euangelij comparatio. Vtilia quædam ad utriuſq; Teſtamenti intellectum: de allegorijs, tropis, uocabularijs, indicibus. Ex utroq; Teſtamento collecta, uel in utrumq; ſparſim annotata. Argumenta, compendia, præſertim uerſibus.

2. fol. 11. a. De Biblijs integris, id eſt uetere ſimul & nouo Teſtamẽto: & de uetere ſeorſim. De nouo enim ſeparatim dicetur Parte 7.

3. fol. 15. b. De Theologia Iudæorum tum reliqua, tum Talmudica.

4. fol. 19. a. De ſcriptis in Legem ſiue Pentateuchum.

5. fol. 21. b. De ſcriptis in libros Ioſue, Iudicum, Ruth, Samuel, Regum, Eſaiam, Hieremiã, Ezechielem. Et 12. prophetas minores.

6. fol. 23. b. De ſcriptis in Iob, Pſalmos, Prouerbia, Eccleſiaſten, Cantica canticorum, Danielem, Paralipomenon, Eſdram, Neemiam, et Heſter. Item in libros Eccleſiaſticos, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Iudith, Tobiam, Machabæorum libros, & Suſannæ hiſtoriam.

7. fol. 27. b. De noui Teſtamenti diuerſis editionibus. De Euangelio quædam in genere. De ijs quæ tum cõmuniter ad Euangelia pertinent, tum particulatim. Sermones de tempore & de ſanctis. Vide etiam infra Parte 10.

8. fol. 31. b. Qui ſcripſerint in ſingula 4. Euangelia: item in Acta Apoſtolorum.

9. fol. 34. b. De ſcriptis in epiſtolas & Apocalypſin. Epiſtolæ uetuſtiſſimorum theologorum: reliquas enim ad Titulum 8. retulimus.

10. fol. 37. b. Homiliæ ſiue ſermones, ſimpliciter, uel ad populum, Græcorum ueterum, Latinorum ueterum et recentiorum, per tres ordines literarũ. Ordo quartus habet orationes ad perſonas religioſas uel principes.

11. fol. 39. a. Precatiõcs, Soliloquia, Meditationes, Hymni.

12. fol. 40. b. Reuelationes futurorum, uiſiones ſacræ, ſomnia.

TITVLI III. Qui eſt de Deo & ſubſtantijs diuinis incorporeis, Partes 7.

PARS 1. fol. 42. a. De Deo ſimpliciter, & ijs præcipue quæ ad ſubſtantiam & nomina Dei pertinent. De Deo patre.

2. fol. 43. a. De Trinitate.

3. fol. 44. a. De Chriſto, & primum ſimpliciter. De his quæ pertinent ad diuinitatẽ eius. Diuerſa quædam de Chriſto in genere: & ex Petri Lombardi libro 3. Sententiarum quædam. De incarnatione Chriſti, & tota Euangelica eius hiſtoria uſq; ad aſcenſionem: dcq; ſecundo eius aduentu ſiue extremo iudicio.

4. fol. 49. b. De Spiritu ſancto.

5. fol. 50. b. Dei propria & effectus: Vel per ſe, ut ſunt ſcientia, uoluntas, & potentia Dei, ubi etiam de miraculis. Vel ad totum mundum, & res in eo diuerſas, ut eſt creatio, prouidentia & gubernatio: ibidem de uocatione & electione. Vel ad homines, ut amor, gratia, miſericordia, remiſſio peccatorum: iuſtitia & ira. De hominis erga Deum officijs quibuſdam, in quibus Dei quoq; nomen additur, ut Dei cognitio, contemplatio, cultus, &c. De cæteris dicetur Titulo 4. ubi de uirtutibus, præcipue in iuſtitia: & de horum etiam nonnullis denuo.

6. fol. 54. b. De ſpiritibus ſiue angelis in genere primum, deinde priuatim de bonis & malis.

7. fol. 56. b. De homine in genere, & uita humana. De anima, eiuſq; facultatibus & immortalitate. De uoluntate & libero arbitrio. De conſcientia.

TITVLI IIII. De uirtutibus & uitijs & pertinentibus ad ea, Partes 13.

PARS 1. fol. 59. a. De uirtute in genere, &c. De bonis operibus, & eorum libertate, neceſſitate, meritis. De uirtutum cauſis, circũſtantijs, connexione, &c. De libris, ſententijs, præceptis, & exemplis, quibus uita Chriſtiana informatur.

De ſublimioribus fidelium uirtutibus: De quibus plura require infra inter Præmia.

De Chriſtianis quædam in genere.

De pœnitentia, confeſſione, conuerſione, reformatione, compunctione & contritione cordis, & ſatisfactione. Vide etiam Titulo 5. ubi de Sacramentis.

De odio mali, præſeruatione, pugna, & victoria aduerſus ipſum.

¶ Oeconomica quædam, de puerorum inſtitutione, de mulieribus, &c.

Politica differuntur ad finem Tituli 5.

¶ De uitijs ſimul & uirtutibus in genere.

2. fol. 63. b. De malo, uitijs & peccatis in genere.

De cauſis & ijs quæ circa peccatum conſideranur.

De peccato originali.

De his quæ uenialia uocant, & alia quædam in genere: de

re: de septem peccatis mortalibus, &c.
De scandalo, & de grauioribus illis, quæ directe contra fidem Christianam sunt: Et de peccato in Spiritũ sanctum. Libri, ut Summæ & alij, de uitijs scripti. (Vide ultimum segmentum Partis præcedentis.

3. fol. 66. a. De affectibus.

4. fol. 67. a. De iustitia & partibus eius, & uirtutibus finitimis. Et primum de iustitia in genere. De iustitia diuina, id est ijs quæ deo debemus, pietate, amore, timore, cultu, fide, spe, oratione.
De cultu & inuocatione sanctorum.
De iustitia humana, circa nosipsos, circa iudicia, & alias. De fide, pietate, bonitate, simplicitate, innocentia. De obedientia. De ueritate. De iuramento. De officijs quæ proximo debemus, charitate & eius effectibus. De amicitia, societate.
De pace, concordia, beneuolentia, & fauore, &c.
De mansuetudine, humanitate, clementia.
De liberalitate, beneficentia, & eleemosyna.
De gratitudine.

5. fol. 73. a. De iniustitia in genere.
De iniustitia & impietate in Deum, blasphemia, idolatria, superstitione, hypocrisi. De inobedientia.
De iniustitia erga homines: & primum circa iudicia, quæ cum publica sit, deterior est.
De mendacio, periurio, proditione.
De fallacijs, dolis, fraudibus, insidijs.
De calumnia, detractione, susurratione, contemptu, derisione. De inuidia, liuore, æmulatione, suspitiõe.
De odio & inimicitia, discordia, seditione.
De litibus, rixa, contentione, contumelijs, conuicijs, maledicentia, & accusatione.
De mala uel malorum societate & conuersatione.
De amicitia falsa & ficta.
De memoria iniuriarum, uindicta, crudelitate, homicidio. De auaritia, parcitate, tenacitate.
De fœnore & usura. De prodigalitate.
De furto, rapina, sacrilegio, auaritia sacerdotum & Simonia. De ingratitudine.

6. fol. 75. b. De prudentia, sapientia, scientia, intellectu, mente. De prudentia morali & ciuili: quales sunt, Maturitas, ratio, astutia, calliditas, circumspectio, meditatio, æstimatio rerum, cõsyderatio, discretio, cautela, custodia, prouidẽtia, iudiciũ, deliberatio, consiliũ.

7. fol. 76. a. De ignorantia, stultia, imprudentia, & uitijs cognatis, ut sunt: Credulitas, incertitudo, perplexitas, festinatio, temeritas, falsum iudiciũ, stultiloquiũ, uaniloquium, securitas nimia.

8. fol. 76. b. De temperantia, abstinentia, continentia, modestia, humilitate, corporis castigatione.
De sobrietate, continentia & abstinentia in cibo ac potu, & ieiunio in genere: Ecclesiasticum enim pertinet ad ritus ecclesiæ Tit. 5. infra.
De pudore, crubescentia, uerecundia.
De pudicitia, castitate, uirginitate, uiduitate.
De corporis habitu, cultu, uestitu, ornatu, tum moderato, tum superfluo. De linguæ moderatione, silentio, taciturnitate.

9. fool. 78. a. De intemperantia, incontinentia, luxuria, nequitia, cõcupiscentia, carnis & sensuum desiderijs, impudentia.
De inani gloria, ambitione, superbia, iactantia.
De gula & ebrietate.
De libidine, amore Venereo, pollutione nocturna, scortatione, adulterio, raptu, incestu, Sodomia.
De loquacitate.

10. fol. 79. a. De fortitudine, zelo, confidentia, longanimitate, patientia, constantia, diligentia, solicitudine.
De contemptu mundi, diuitiarum, & gloriæ.
De tranquillitate & otio honesto.
Correctio, correptio, reprehensio, obiurgatio, castigatio.
¶ fol. 80. b. De materia fortitudinis.
De gloria, honore, nobilitate, fama, & contrarijs.
De uita præsenti, eiusq; miseria, & mundi uanitate.
De corporis commodis & incommodis.
De fortuna in genere, & de prosperitate humana. (Vide etiam infra in Præmijs de felicitate.)
De diuitijs. De paupertate.
De tentatione in genere.
De tentatione qua deus nos probat.
De diaboli tentatione, & quomodo ei resistendum.
De cruce, tribulatione, & afflictione uaria: plaræq; autem ad tentationem à deo factam pertinent.
De persecutione & oppressione in genere.
¶ fol. 81. b. De consolationibus.

11. fol. 82. a. De uitijs fortitudini oppositis, pusillanimitate, timore uel timiditate, impatiẽtia, instabilitate, leuitate, mobilitate. De solicitudine, de amore mũdi, &c.
De tædio, otio, negligentia, pigritia, acedia.
De ludis, iocis, nugis, scurrilitate.
De desperatione. De correptione mala.
De adulatione.

12. fol. 82. b. De præmijs in genere.
De felicitate & beatitudine.
De donis, quibus animi fideles in præsenti etiam uita fruuntur.
De corporis et fortunæ bonis supra diximus, parte 10.
De contemplatione in genere, De contemplatione & uisione dei, ascensu ad deum, raptu et furore diuino.
De iustificatione. De resurrectione.
De salute.
De æternis, præmijs, gaudio, gloria, regno dei.
De paradiso. De uita æterna.

13. fol. 85. a. De pœnis in genere. De morte.
De mortis contemptu, meditatione, & præparatione.
De institutione & consolatione morientium.
De consolatione quæ fit ad uiuos pro mortuis.
De igne purgatorio.
De damnatione & damnatis.
De inferis & pœnis inferorum, &c.

TITVLI V. De ecclesia, personis & ritibus ecclesiasticis, Partes 16.

PARS 1. fol. 87.a. De ecclesia primitiua. De cursu, incremento & senio ecclesiæ.
De ecclesiæ uirtutibus, unitate, concordia, stabilitate, libertate, ueritate, officio, &c.
De doctrina & censura ecclesiæ.
De corruptione eius & reformatione: de quibus uide etiam infra circa initium Tituli 6.
2. fol. 88.a. De personis ecclesiasticis: & primum, De ordine uel ordinibus in genere.
De personis ecclesiasticis, & electione earum in genere.
De clero, clericis, sacerdotibus & sacerdotio utriusq; Testamenti, presbyteris, canonicis, ministris ecclesiæ, bonis & malis, &c.
De officijs, gradibus, & ordinibus diuersis ecclesiæ & scholarum.
Episcopi, Cardinales, Prælati, Præpositi, rectores, præsides, uisitatores, pastores. Patres & doctores antiqui. (De concionatoribus priuatim uide infra Parte 5.
De papa, & ecclesia Romana.
De papæ primatu & excellentia.
De ecclesiæ potestate, authoritate, dignitate.
De clauibus & potestate ligandi soluendiq;.
De immunitate ecclesiæ & sacerdotum.
De decimis, primitijs, & bonis ac beneficijs (ut uocant) ecclesiasticis. (De diuitijs simpliciter uide supra Titulo 4. Parte 2. Segmento 2.
3. fol. 92.a. De synodis siue concilijs in genere.
De singulis enim dicetur Tit. 7. in Historicis.
4. fol. 92.b. De traditionibus humanis, præceptis & interdictis ecclesiasticis, indulgentijs, excõmunicatione.
5. fol. 93.a Prophetæ, doctores, concionatores, ecclesiastæ. De concionandi ratione. Auditores.
6. fol. 94.a. De monachis, uita monastica, eiusq; laudibus. Diuersa ad monachos in genere pertinentia. (Historiæ quædam monachales.
De uita, regimine, disciplina & regulis monachorum in genere.
Orationes monasticæ uel ad monachos.
De nouitiorum institutione.
De bonis & malis monachis.
De præsidibus congregationum.
De diuersis monachorũ generibus, antiquis primum, deinde recentioribus ordine alphabeti: deq; regulis eorum & historijs singillatim.
De uirginibus sacris siue monialibus, & uirginitate.
7. fol. 97.b. De sacramentis qui scripserint in genere.
De sacramentis ueteris Testamenti, circumcisione & sacrificijs.
8. fol. 98.b. De baptismo & confirmatione.
9. fol. 99.b. Eucharistia. Sacramentum altaris. Hostia. Oblatio. Sacrificium noui Testamenti. Communicatio simpliciter, & sub utraq; specie. Synaxis. Mysteriorum celebratio & participatio. Sacramentum calicis domini. Cœna domini. Corpus & sanguis domini. Missa.
10. fol. 102.a. De ieiunio. De pœnitentia. De confessione & satisfactione.
11. fol. 103.b. De matrimonio & causis matrimonialib. De diuortio. (De adulterio diximus supra ubi de intemperantia, & libro 17. in Oeconomicis Titulo 6.)
De cœlibatu, coniugio & concubinis sacerdotum.
12. fol. 104.b. De uotis.
13. fol. 105.a. Templa. Ceremoniæ & ritus diuersi. Processio. Benedictiones, &c. Vasa templi. Vestes sacerdotales. Horæ canonicæ. Cantus ecclesiasticus. Imagines in templis. Reliquiæ & canonizatio sanctorum. Vulgares tum aliæ tum superstitiosæ obseruationes inter Christianos. Libertas Christiana.
14. fol. 106.a. De diebus festis & solennibus in genere & particulatim.
15. fol. 107.a. De unctione extrema. De sepultura & & pertinentibus ad eam.
16. fol. 107.b. Pauca quædam Politica.

TITVLI VI. De Polemicis Partes sunt 5.

PARS 1. fol. 107.b. De hæreticis quædam in genere.
De corrupto ecclesiæ statu.
De schismate.
De hæresi & apostasia. Superstitio.
Qui scripserint de hæresibus & contra hæreses.
Varia quæ circa hæreses considerantur.
Hæretici quomodo tractandi, tolerandi, inquirendi, puniendi.
2. fol. 109.b. Hæreticorum ueterum & recentiorum (ut à quibusdam annotati sunt) secundum sectas & singulorum etiam nomina catalogus alphabeticus.
3. fol. 120.b. De scriptis Christianorum contra gentiles, & gentilium contra Christianos.
Contra Iudæos, & Iudæorum contra Christianos.
Lutheranorum contra papistas in genere.
Contra Turcas, Mahometem, Alcoranum: & historiæ quædam Turcicæ.
De bello in Turcas.
Papistarum contra Lutheranos.
4. fol. 125.a. Apologiæ, inuectiuæ, expostulationes, &c. & alia aduersaria scripta in leuioribus causis, tum priuatis, tum alijs, extra hæreseos notam. Retractationes etiam huc referri possunt.
5. fol. 126.a. Hæreticorum opiniones per locos & ordines digestæ eosdem, quos per totum hunc librum obseruauimus.
¶ Circa sacram scripturam 126.a
Circa nouum Test. 127.a.
¶ Circa deum & substantiam diuinam, ibid.
Duo principia, 127.b.
Circa personas diuinas, ibid.
De Christo, 128.a.
Circa Spiritum sanct. 129.a.
Circa effectus dei, gratiam, prouidentiam, ibid.

Circa

Circa spiritum & angelos, 130.a.
De bonis angelis & eorum bus, ibid.
Spiritus malt, ibid.b.
De homine, corpore eius, &c. ibid.
De anima & arbitrio 131.a.
¶ De virtutibus & uitijs moralibus & theologicis, in genere, 131.b.
De iustitia erga deum, ibid.
De iniustitia erga deum & reliqua, 132.a.
Scientia, 132.b.
Temperantia & intemperantia, ibid.
Ignauia, inconstantia, Paupertas, 133.a.
De præmijs: de paradiso, regno cœlorum, resurrectione, 133.a.
De pœnis, 133.b.
¶ De ecclesia, & ecclesiasticis personis, ceremonijs, sacramentis, ibid.
De monachis, ibid.
De sacramentis. Circumcisio. Baptismus, 134.a.
Eucharistia, ibidem.
Ieiunium, pœnitentia, confessio, 134.b.
Matrimonium, ibid.
Templum. imagines sanctorum, 135.a.
Ceremoniæ & obseruationes diuersæ, ibid.
Ceremoniæ circa mortuos, 135.b.
Festa, ibidem.
¶ Pauca quædam de sexto, 7. & 8. ordinibus.

TITVLI VII. De historia ecclesiastica Partes 7.

PARS 1. fol. 136.a. De historijs sacris primum in genere, deinde secundum gentes: præcipue de Iudaicis.
Persecutionum historiæ, 137.a.
2. fol. 137.a. De historijs ueteris Test. in genere primum, deinde ordine literarum.
3. fol. 138.b. De historijs Noui Testamenti.
4. fol. 140.a. De conciliis & eorum constitutionibus, in genere primum, deinde particulatim, de Græcis seorsim et Latinis, obseruato temporum ordine, quatenus non exacte.
5. fol. 142.b. Pontificum historias qui scripserint. Ordo successionis eorum. Eorundem ordo alphabeticus.
6. fol. 146.a. De scriptoribus aliquot ecclesiasticis, eorumq; uitis & scriptis in genere primum, deinde ordine literarum.
7. fol. 147.b. De sanctis & martyribus (quorum nulla scripta extant) in utroq; sexu, in genere primum, deinde ordine literarum.

TITVLI VIII. Partes 7.

PARS 1. fol 151.b. Summæ. Loci communes. Indices. Vocabularia quædam.
2. fol. 152.b. Quæstionum libri & disputationum.
3. fol. 153.a. De epistolis Theologorum.
4. fol. 154.b. De dialogis.
5. ibidem. Poetæ Christiani qui argumenta sacra carminibus illustrauerunt, Græci primum, deinde Latini. Picturæ rerum & historiarum sacrarum in libris impressis.
6. fol. 156.a. Ludicra, Scoptica, Pasquilli.
7. fol. 156.b. De reliquis uarijs, ut sunt Paradoxa, Similia, Stromata, &c.

FINIS Titulorum 8. Theologiæ.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [20] - -
PUBLIC DOMAIN

¶TOTIVS SECVNDI TOMI IN LIBROS & Titulos diuiſio.

PANDECTARVM hoc Volumen partimur in libros XXI.
LIBRI ſinguli ſuos habent Titulos.
TITVLI alij ſimplices ſunt, alij diuiduntur in Partes.
PARTES itidem aliæ ſimplices ſunt, aliæ ſecantur in Segmenta.

In his omnibus diſponendis, ordinem ſecuti ſumus, alibi naturæ, alibi artis, & eum uel alphabeticum, uel alia methodo inſtitutum. Temere & abſq; ordinis alicuius ratione (quæ cur quodq; primo, ſecundo uel tertio aut alio deinceps loco poſitum ſit cauſam exponit) nihil ferè uſquam inſeruimus.

TABVLA DE SINGVLIS PANDECTARVM libris, eorumq; ordine ſecundum philoſophiæ diuiſionem.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [21] - -
PUBLIC DOMAIN

PARTITIONVM VNIVER-

SALIVM CONRADI GESNERI LIBER XX.

De Theologia Christiana.

TITVLVS I. CONTINET ISAGOGICA, & habet partes 4.

Pars 1. De theologia, religione & fide Christiana in genere. Laus theologiæ, hortatio ad eius studia, eorumq; ratio. Differentia eius à philosophia.

2. De libris qui Theologiæ Christianæ summam complectuntur.

3. Enumeratio illorum qui in Petri Lombardi Sententiarum libros scriptum aliquid reliquerunt.

4. Catechismi, & symbola.

¶ *Pars prima, de Theologia in genere, &c.*

THEOLOGIA gentiliũ libro 15. statim post primam philosophiam, & aliqua ex parte libro 10. quem de diuinatione & magia inscripsim9, seorsim à nobis tractata est: ut sacrosanctam Christianæ fidei professionẽ purã atq; syncerã sibi relinqueremus. Facile enim qui uoluerit ex gentiliũ theologia de rebus diuinis scripta petet cũ istis cõferet.

De fide Christiana uide plura infra Titulo 4. quanquam illuc proprie pertinet cum pro habitu animi credentis accipitur, non pro tota religione. Sed hoc discrimen in adnumerandis uel huc uel illuc authorum scriptis, per oĩa seruare nobis difficile fuit: quamobrem ab utroq; loco ad alterum Lector remittitur: id quod in alijs etiam homonymis uocabulis non raro per totum hoc Opus faciendum fuit.

De pietate quoq;, item de homine Christiano & pio, uide infra Titulo 4. itẽ de uita & disciplina Christiana.

De sacra scriptura, uide in secundo Titulo circa initium.

De religione, Lumen animæ par. 2. cap. 204. Manip. florum. Vincent. Bell. l. 3. 61. Octau. Mirandula. Cælius Secundus Curio. Brusonius 5. 26. Rainerius.

De fide & religione, Isidorus libro 8. Etymologiarum.

De religione & pertinentibus ad eam, Hierem. Pad. parte 1.

De religione Christiana, Marsilius Fic.

De uera religione Christiana, & de falsis religionibus, decq; hypocritis, Bernardin. 1. 40.

De theologia, Pharetra, Cyrmanoe, oratio Gregorij theologi Græce.

De mystica theologia, Dionysius Areopagita Græce & Latine, Marsi. Ficino interprete, & Ambrosio Camaldulensi. In eandẽ extant Græca scholia, Maximi puto. Diuiditur in capita 5. uide Tomo 1. pag. 211. In libris etiam ecclesiasticæ hierarchiæ sacramentorum mysteria explicat.

Eiusdem symbolica theologia non extare fertur.

De fide & mystica theologia, Maximus philosophus & martyr.

De mystica theologia, Io. Gerson Tomo 3. operum eius.

Theologiæ genera tria, &c. uide Indicẽ Cælij Rhodigini.

Theologia naturalis Marsilij Ficini: itẽ Raymundi Sebeidi, cuius argumentum ex authoris præfatione, Tomo primo copiose explicatum est. In eandem Raymundi Sebeidi Theologiam compendiũ per Matthiam Mynecontium.

De theologia uera & fabulosa Vincentius Belluacẽsis libro 18. Speculi Doctrinalis.

De priſcorum religione, Io. Lud. Viues libro 2. de ueritate fidei.

De theologia Hebræorum, Euſebius libro 7. præparationis Euangel.

De ſcientia ſpirituali, ſermo Nesterotis.

Religio quid & inter quos cõſtet, Huld. Zuinglius de uera & falſa religione.

De origine & auctu religionis, M. Ant. Sabellici oratio.

De principio Chriſtianæ religionis, Polydorus Vergil. 4. 1.

De Chriſtianæ reipub. origine, eiuſq; miro ac primo incremento, Polydor. Vergil. 4. 2.

De Chriſtianæ reipub. præſtantia, Polydorus Verg. 8. 7.

Concluſio de Chriſtianæ legis diuinitate, Marſil. Ficinus epiſtolarum libro 7. epiſtola 26.

Theologi uigilãt, cæteri ſomniant, Ibid. 1. 40.

De laudibus theologiæ Chriſtianorum, Auguſtinus Dathus.

De laudandis Chriſtianis, Aurel. Auguſtinus.

De præſtantia fidei Chriſtianæ, Io. Lud. Viues libro 5. de ueritate fidei.

Homo ſine religiõe beſtijs eſt infelicior, Marſ. Ficin. 1. 82.

Neq; amor ſine religione, neq; religio ſine amore laudatur, Idem 1. 48.

Amicitia uera eſt, quã religio uera conciliauit, Idem 3. 26.

Chriſtianam religionem non fieri à ſtellis, ſed forte ſignificari, Marſil. Fic. libro 7. epiſtolarum, epiſtolis 19. 20. 21. 22.

Chriſtiana religio à Deo ſolo dependet, non etiam à ſtellis, Marſilius Ficin. 7. 25.

Patientia ſine religione haberi non poteſt, Idem 5. 40.

Pro Chriſtiana religione & Germanica libertate, Huld. Zuinglius.

De ruſticorum religione, Baptiſta Mantuanus ægloga 8.

¶ Deſ. Eraſmi Rot. paracleſis ad Chriſtianæ philoſophiæ ſtudium, habetur Tomo 5. operũ eius. Eadem Germanice excuſa eſt 1520. in 4. chartis 4. hoc titulo, Paracleſis, quantus theſaurus ſitus ſit in Euangelio & ſacro Dei uerbo.

Ad religionem adhortatio, Cælij Secundi Curionis.

Paracleſis ad Chriſtianos Leopoldi Dickij.

Io. Pici Mirandulæ epiſtola ad Ioã. Franciſcum Picum, qua ipſum hortatur ad uitam Chriſtianam, & ſacræ ſcripturæ doctrinam. Hæc epiſtola ſeorſim etiam Germanice olim prodiuit Argentorati in 4. ſeſquicharta.

De ſtudio diuinæ & humanæ philoſophiæ, Io. Fran. Picus.

De ſtudijs theologicis oratio luſti Ionæ, & Phil. Melanchthonis.

De ſtudio diuinæ ſcripturæ, Hieronymus Stridonẽſis Tomo 3. operũ eius.

Adhortatio ad ſtudium diuinæ ſcripturæ, Eiuſdem, Tomo 2.

De præparatione ad ſtudium ſacræ ſcripturæ, & contemplatione Chriſti in ſeipſo & in cruce, Bernardinus Ochinus 2. 7.

Lectio ſacrarũ ſcripturarũ, Marullus 1. 5.

De ſtudio diuinarum ſcripturarum, Io. Trittẽhemius. Plura uide mox Titulo 2. ubi de ſacra ſcriptura in genere.

Ratio breuis diſcendæ theologiæ, Phil. Melanchthonis, Tomo 3. operũ eius.

Titulo quarto, inter perſonas eccleſiaſticas paſtor ſiue concionator futurus inſtruitur.

Ratio ſeu Methodus compendiò perueniendi ad ueram theologiam, Deſ. Eraſmi Tomo 5. operum eius.

De theologis doctoribus plæriſq; iudicia quædã Tomo primo recitata ſunt, & opera eorum cum argumentis ferè enumerata. Vide etiam infra Titulo 7. in hiſtoria eccleſiaſtica.

De eccleſiaſticis doctoribus cẽſura Philip. Melanchthonis.

Iudicium de doctoribus M. Lutheri.

Antonij Rampigolli Biblia aurea, siue Index refertus historijs & exemplis utriusq; Testamenti: excusus Basileæ 1495.

Antonius & Maximus monachi Collectanea per locos ex Bibliis, patribus, & profanis scriptoribus collegerunt, quos nos Græce simul & Latine publicauimus.

Conradi Pellicani Index copiosus & utilissimus in utrũq; testamentum pro locis communibus & propriis nominibus precipue, de quo uide Tomo 1.

Concordantias Bibliorum collegit Arlotus minorita.

Concordantiæ maiores, excusæ in Germania 1530. in fol. chartis 230. adiecto insignium factorũ catalogo antehac non uiso.

Concordantiæ eædem excusæ Lugduni apud Gryphium 1529. in 4. & rursus 1545.

Concordantiæ partium orationis indeclinabilium in Bibliis, per Ioan. de Segobia, maioribus Concordantijs adiungi solent.

Concordantiæ Græcæ Xysti Betuleij in nouum Testamentum, Basileę nuper ab Oporino excusæ.

Index Germanicus in Biblia ordine literarũ, Bibliis Germanicis Tiguri iam aliquoties in maiori forma impressis, præfixus, authore Gregorio Mangolt, ut audio: anonymus enim prodijt. Indicat autẽ præcipue Historias secundũ nomina propria, officia quę quenq; deceant, & locos communes. Chartæ sunt sex, in magna forma.

De Concordantijs Hebraicis uide mox parte 2. post memorata Biblia Hebraica.

Concordantiæ authoritatum sacræ scripturæ, iuxta ordinem librorum in Bibliis, in quibus locis iuris Canonici reperiantur, per Io. abbatem Nituicelen. decretorum doctorem.

Biblia Alphabetica, ita digesta, ut sub qualibet alphabetici ordinis litera, utriusq; Instrumenti authoritates, etiã à monosyllabis & partibus indeclinabilibus incipiẽtes, Lector prima fronte reperiat, additis capitum locorũq; citationibus, opus nunc primum excusum: maioribus (ut uocant) Concordantijs longè tũ locupletius tum perfectius, per Henricum Regium Paderbornẽsem Guardianũ Suerineñ. Prouinciæ Saxonicę S. Crucis. Opus hac inscriptiõe excudit Melchior Noueſianus Coloniæ anno 1535. quo etiã ab authore editũ est, in 4. chartis 112.

Ex præfatione authoris. Qua de causa contigit in hac Biblia alphabetica authoritates ultra bis mille excrescere, quas Cõcordantiarũ amminiculo, (quia monosyllabis & partibus carent indeclinabilibus, ordine, numero, modoq; hic positis) reperire non poteris, &c. Et aliquanto post: Nolim existimes Concordantias maiores, compluscul orum applausu in hunc usq; diem receptas, aliquo damnari præiudicio. Retinent nitorem suum pristinum atq; mundum. Succurritur illis non derogatur. Quod placuerit elige. Ne ultra longissimo uiarum circuitu cogaris, quò uolueris tendere, beneuolus monstro cõpendium. In hoc opere si uolueris quærere hanc sententiam, A diebus Ioannis Baptistæ regnũ cœlorum uim patitur: respicies non ad uoces, diebus, regnum, cœlorum, uim, patitur (ut uolunt Concordantiæ) sed ad præpositionem à. Similiter si quæsieris: Habetis Aaron & Hur uobiscũ, ad Habetis respicies, non ad Aaron, &c.

Minores Concordantias, uidi excusas in 4. nescio cuius authoris nec quo in loco.

Index rerum & sententiarum ueteris & noui Testamenti, impressus Parisijs cum Bibliis Roberti Stephani, in fol. chartis 27. & dimid. Vsus est, ut ex collatione locorũ utriusq; Testamenti, genuinã eorum quæ quis optat intelligentiam facilius nanciscatur. Loci etiã cõmunes in eo ita digesti sunt, ut sacræ scripturæ studiosis utilissimi futuri uidebantur.

Indices copiosos in Theologorũ libros, quęre Titulo ultimo, statim post Summas.

Testimonia ex uetere Testamẽto à Christo & Apostolis citata, secundum ordinem librorum Biblicorũ, impressa ab initio Bibliorũ Rob. Stephani: ad hoc utilia, ut natiuam quorundam locorum intelligentiam facilius assequi liceat, quæ ab ipso Christo uero interprete, & spiritu eius per Apostolos sit tradita: & in quem usum quęq; adduxerint Apostoli & Euangelistæ appareat. Copiosius habẽtur hæc testimonia per duos indices in editione eiusdem typographi facta año 1545. in 8.

M. Marulli Euangeliſtarium, in quo tractantur loci 184. omnes utriusq; Testamẽti plurimis sententijs cõfirmati.

Conradus Pellicanus scripsit Vocabularium Hebraicarum in Bibliis dictionum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [39] - 9v
PUBLIC DOMAIN

num ferè omnium (cõmunissimis tantum & quæ subinde repetuntur omissis) ordine alphabeti, appositis ubiq; totidem sententijs ex Hieronymi interpretatione, quoties in Bibliȝs dictiones quæq; leguntur, ita ut Concordantiarum etiam uicem suppleat, & ad Grammaticas inflexiones utilissimum sit. Quanquam Sanctes Pagninus etiam in Thesauro suo, singulas dictiones frequentibus scripturæ locis illustret, non omnibus tamen. Scripsit & Theodor9 Bibliander Cõcordantias Hebraicas ueteris Testamenti: & nunc Græcas in nouum parat, diuersa quàm Xystus Betuleius ratione. Horum idcirco mentionem facio, ut studiosi homines ad labores tam utiles perficiendos edendosq;, ipsos hortentur.

Index Epistolarum & Euangeliorum, quæ è ueteri & nouo Testamento excerpta, in templis, dominicis & alijs diebus festis leguntur, iuxta consuetudinẽ ecclesiæ Parisiensis, & Romanæ. Signat ubiq; Epistolæ aut Euangelij principium tantum: & subinde quod finem illorum cõsequitur. Præterea R litera (quæ usum Romanum significat) Epistolæ aut Euãgelio præponitur quando non conueniunt.

Impressus est hic Index Parisijs à Robert. Stephano cum Bibliȝs eius Latinis in 8. circa finem 1545. Epistolarũ nomine ueniunt etiam Lectiones ueteris Testamenti.

Huiusmodi indices (sed uix ullus hoc accuratior) habentur puto cum plærisq; qui sermones de tempore & de sanctis scripserunt: quos enumerabimus parte 7. etsi non incõmode fortassis ad partem præsentem referri potuissent.

Exempla sacræ scripturæ, excusa in 8.

Exempla uitæ è sacris literis, Des. Erasmus in Ratione ueræ theologiæ.

Similitudines sacræ scripturæ, per Alardum Aemstelredamum.

Parabolarum siue similitudinum ac dissimilitudinum liber Ioã. Gastij ex doctoribus ecclesiæ: Promisit etiã alium ex scripturis Canonicis.

De mirabilibus sacræ scripturæ, Aurel. Augustini libri 3. quorum duo ueteris, tertius noui Testamenti miracula recenset, Tomo 3. operum eius. Erasmus recenset inter notha.

Antiquitatum Biblicarũ liber ab Adam ad Saul, Philonis Iudæi. Plura uide in Historicis infra Titulo 7. ubi Historiæ Biblicæ seorsim commemorabuntur.

Promissiones & prædictiones per spiritum sanctum in sacris literis traditæ, omnes omnium sæculorum, ab exordio creaturæ ad finem usq;, atq; etiã ad renouationẽ rerũ, quod est regnũ Dei, authore non certo, sed (ut apparet) sancto, qui uixit ante nongentos annos: ut habet Titulus libri excusi Basileæ apud Henricũ Petrum 1538. in 8. chartis 12.

Orationes Biblicæ, uide parte ultima huius Tituli.

Parallela, id est, affinia ex sacris & gentilium libris, Georgij Vuicelij.

Libri tres contrariorum in speciem utriusq; Testamenti locorũ, licet re ipsa adeò nihil dissidentium, ut maxime concordent, iam recens inter uetustissimos quosdam codices reperti. Excusi Coloniæ 1532. in 8. cum indice, chartis 16. & dimidia: Et Basileę apud Frobeniũ 1530. in fol. cum Saluiano: Et rursus Coloniæ apud Ceruicornũ 1540. ex antiquo exemplari, opera Hen. Sachsij.

Vnio dissidentium locorum scripturæ, Hermanni Bodij.

De locis scripturarũ pugnãtibus, Brunfelsius Pandect. libro 14.

Dissidentium in speciem locorum scripturæ, & primarum hodie in religionis doctrina controuersiarum, conciliationes & decisiones 42. per Mart. Bucerum.

Conciliatio sacræ scripturæ & patrum, Bartolemęi Vuesthemeri liber, cuius insignes locos Tom. 1. enumerauim9.

¶ Quæstiones in utrũq; Testamentum Eucherij Lugdunẽ. & Aur. Augustini Tomo 4. operum eius.

Disquisitiones in secretiora loca diuinæ scripturæ, Hortensij Tranquilli.

Problemata in scripturam sacram, Fran

ciſci Georgij, Pauli Paduani Veneti.
Variæ in ſcripturis quæſtiones Alberti de Rickmerſdorp.
Quæſtionum è ſacris ſcripturis diſſolutiones, Thomæ de Argentina ordinis Prædicatorum.
Quæſtionum circa ſcripturas ſacras 65. liber Maximi.
Quæſtiones cæteras in Theologia Titulo ultimo huius libri poſuimus inter Varia.
¶ Theoſophiæ in utrũq; Teſtamentum Tomi 2. Io. Arborei.
Autoritates ſacræ ſcripturæ, excuſæ Coloniæ apud Quendel.
Paterius edidit libros 3. teſtimoniorum in utrũq; Teſtamentum, quæ exponuntur in moralibus b. Gregorij.
Gaſparis cuiuſdam ſermones in Biblia.
¶ Sacra ſcriptura quomodo tractanda, &c. Hadrianus Cardinalis libro 3. de uera philoſophia. Vide plura ibidẽ.
Quomodo debeamus uti ſcripturis ſacris ad cognoſcendũ Deum, Bernardinus Ochinus 2. 4.
De incommodis quæ prouenerunt, & ſubinde proueniunt ex hominibus, eò quod ſacris literis uti neſciant, Idẽ 2. 5.
Quos utriuſq; Teſtamẽti libros legi conueniat, In poëmatis Gregorij Naz. Item Iambi Amphilochij epiſcopi.
Sacrarum ſcripturarum lectio, Marullus 2. 3.
De lectionibus ſacræ ſcripturæ, Ioã. Gaſtius ex Auguſtino.
Inſtitutio diuinarum lectionum, M. Aurelij Caſſiodori.
De ſacræ legis ſcriptoribus, Angel. Decembrius 1. 9.
De partibus diuinæ legis, Iunilius epiſcopus.
De ſcripturæ ſacræ omnib. libris, Hein. Bullingerus.

¶ *Argumenta & compendia Bibliorum.*

Biblia tum Latina tũ Germanica apud Froſchouerum cum argumentis ſingulorum capitum excuſa ſunt. Veteres etiam Latinæ translationis editiones pleræq; argumenta quædã habent. Biblia Gallice Neocomi impreſſa anno 1535. *in magnõ fol.* argumenta nõ ab initio capitum integra, ſed paſſim marginibus adſcripta habent: ut etiam Rob. Stephani Biblia.
Iſidori iunioris prooemiorum liber argumenta habet in tota Biblia.
Cyri Theodori Prodromi tetraſticha Græca in Pentateuchum, Ioſue, Iudicum, & Regum libros. Item in 4. Euangelia & Acta apoſtolorum. Eadem à quibuſdã Latine reddita ſunt, & excuſa ni fallor. Tranſtulit ea etiã Io. Ribittus noſter, cuius translatio nondum eſt publicata.
Sacræ ſcripturæ cõpendiaria ſynopſis Græce, Nicephori Calliſti Xantopuli iambis trimetris. Inſcriptiones ſingulas uide Tomo 1. impreſſa olim Baſileæ unà cum Theod. Prodromo.
Compendia in omnes libros hiſtoricos ueteris Teſtamenti, per argumenta capitum, Sanctis Pagnini, ab initio Bibliorum eius impreſſa.
Breuiaria ſiue Compendia Bibliorũ reliquerunt, Richardus de S. Victore, Petrus Aureoli, & Io Caſtellenſis.
Petri Aureoli, ſiue de Verberia Breuiarium incipit (ut Io. Trittemius ſcribit) Venite aſcendamus: reliquorum initia Trittemius non ponit. Ego librũ manuſcriptũ habeo ſine authoris nomine, qui incipit, In principio creauit Deus angelos & materiam mundi: & de materia fecit in primo die lucem, &c. Fortaſſis hic fuerit Ioannis monachi Caſſellenſis. cõpendia continet in Pentateuchum, Ioſue, Iudicũ, Ruth, Regum, Thobiam, Ezechielẽ, Danielem, Eſdram, Heſter, Machabæos, Euangeliũ unum ex quatuor, & Acta, nec plura.
Habeo etiam compendium Gallice: impreſſum olim in 4. in hiſtoricos tantũ ueteris Teſtamenti libros, Pentateuchum, Ioſue, Iudicum, Regum, Ionam, Ruth, Thobiam, Danielem, Suſannam, Heſter, & Iob, cum libello de ætatibus mundi. Authoris nomen ne ſcio, periit enim mihi primum liber ſolium, præter paucas literas, ex quibus conjicio ſcriptum eſſe à Richardo de S. Victore.

Capitum argumẽta ubiq; adduntur. Inscriptio est, La bible en Francoys: Initium, Au comẽment Dieu crea le ciel & la terre: la terre adonc si estoit uaine, &c.

Petrus Berthorius etiam scripsit Breuiarium historiarum Bibliæ, quod incipit, Considerans historiæ.

Rodol. Gualtherus Tigurinus, utriusq; Testamenti capitum argumenta eruditis & facilibus elegis inclusit. Eosdem Iacobus Krellius quidam Græcis uersibus reddidit.

Guido uel Guidus Ferrariẽsis sacerdos, carmine dictionis facillimæ Margaritam scripsit super utrũq; Testamentum, Lilio Gyraldo teste. Initium operis, Nobile principium ter. Inuenio alicubi hoc poëma inscribi Memoriale diuinorum eloquiorum.

M. Aurelij Cassiodori Memoriale scripturarum.

Petri de Rosenhem monachi Mellicensis Roseum memoriale diuinorũ eloquiorum, in utrũq; Testamentũ, uersibus elegiacis, perquam ingeniosum. Baltasar Beck excudit Argentorati 1544. in 8. chartis circiter 12. Initium operis, Astripotens cœlum, terram.

Petri de Riga opus quod Auroram inscripsit, omnes fere historicos ueteris Testamenti libros cum Euangelica historia & Actis apostolorum carmine complectitur, & allegorias insuper addidit.

Summa totius sacræ scripturæ Latine et Gallice excusa Parisijs apud Robertum Stephanum, charta una seorsim, & ab initijs Bibliorũ eius, & nostrorũ etiam quæ Tigurí excusa sunt: item Germanice seorsim.

Biblia pauperum, liber impressus nescio qualis aut cuius.

Probæ Falconiæ Centones, id est, poëma ex diuersis Vergilij uersibus & hemistichijs consarcinata, continens descriptionem utriusq; Testamenti.

Eudoxia ex Homero similes centones in nouum duntaxat Testamentum concinnauit.

¶ *Pars 2. De Biblijs integris, id est, uetere simul & nouo Testamento: & de uetere seorsim. De nouo enim separatim infra dicetur parte 7.*

Vtriusq; Testamenti libros, quidam his carminibus, ut memoriæ consulerẽt, prosodia neglecta, comprehenderunt.

¶ Genesis. Exo. Leui. Numerorũ. Deuteronomi. Iosue. Iudicium. Ruth. Regum. Paralip. Esdre. Tobias. Iudith. Hester. Iob. Dauiticusq;. Prouerb. Ecclesiast. Cantat. Sapit. Ecclesiastic. Esai. Hieremi. Baruch. Ezech. Daniel. Ose. Iohel. Amos. Abdi. Ionas. Miche. Naum. Abac. Sophon. Aggæus. Zacha. Malachi. Machabæus.

¶ Matthæus. Marcus. Lucas. Postremo Iohannes. Roma. Corin. Galat. Ephe. Philippen. Colossenses. Thessalo. Timotheus. Titus. Philemon. Hebræus. Et Actus. Iacob. Petrus. Ioan. Et Iudas. Apoc.

¶ De authoribus horum librorum et argumentis, passim quædam indicauimus Tomo 1. Bibliothecæ.

¶ Ordo quo se inuicem sequuntur, nõ unus est omnibus: nos illum hic proponemus, qui in Hebræorum editionibus seruatur, & quem nos etiam in scriptis circa singulos indicãdis sequemur. Numeri adiecti quot cuiusq; libri capita sint admonent, præcedentes uero ordinem cuiusq; in sua classe. Nota * apocryphum indicat.

¶ 1. Genesis. 50. 2. Exodus. 40.
3. Leuiticus. 27. 4. Numeri. 36.
5. Deuteronomium. 38.

¶ 1. Iosue. 24. 2. Iudicum liber. 21. cum libro Ruth 4. 3. Samuelis libri 2. uel primus & secundus Regũ. Primi capita 31. secundi 24.
4. Regum primus: uel, si à Samuele numeres, tertius. 22. Regum secundus uel quartus. 25.
5. Esaias. 66. 6. Hieremias. 52.
Threni eiusdem. 5. 7. Ezechiel. 48.
8. Prophetæ minores 12. Oseas. 14. Ioël. 3. Amos. 9. Abdias. 1. Ionas. 4. Michæas. 7. Nahũ. 3. Habacuc. 3. Sophonias. 3. Aggæus. 2. Zacharias. 14. Malachias. 4.

¶ 1. Iob 42. 2. Psalmi 150. 3. Prouerbia Salomonis 31. 4. Ecclesiastes 12. 5. Cantica canticorum Salomonis 8.
6. Daniel in 12. capitibus. * Nam ca-

put 13. & 14. inter apocrypha censent.
7. Paralipomenon liber 1. cap. 29.
8. Paralip. lib. 2. cap. 36. * Oratio Manasse, ultimo capiti adiuncta, inter apocrypha numeratur.
9. Esdræ liber 1. cap. 10.
10. Esdræ liber 2. uel Neemias 13. *Tertius & quartus Esdræ, apocryphi iudicantur.
11. Hester 10.

¶ Hactenus de 24. libris, ut Hebræi computant. * Sequuntur apocryphi.

1. Esdræ liber 3. cap. 9.
2. Esdræ liber 4. cap. 16.
3. Tobias 14. 4. Iudith 16.
5. Sapientia, quæ Philonis existimatur, 19.
6. Iesu Sirach, uel Ecclesiasticus, 51.
7. Baruch cum epistola Ieremiæ 6.
8. Machabæorum liber 1. cap. 16.
9. Machabæorum liber 2. cap. 15.
10. Historia Esther 7.
11. Canticum trium puerorum in fornace 1.
12. Historia Susannæ, quæ Danieli adiungitur 1.
13. De idolo Bel & Dracone.

¶ *De libris noui Testamenti.*

¶ 1. Euangelium Matthæi 28.
2. Marci 16. * Vltimum cap. Marci inter apocrypha numerant aliqui. Hieronym. in quæst. 3. Tomo 4.
3. Lucæ 24.
4. Ioannis 21. 5. Acta 28.

¶ 1. D. Pauli epistola ad Romanos 16.
2. Prima ad Corinthios 16.
Secunda ad Corinthios 13.
3. Ad Galatas 6.
4. Ad Ephesios 6.
5. Ad Philippenses 4.
6. Ad Colossenses 4.
7. Prima ad Thessalonicenses 5.
Secunda ad Thessalonicenses 3.
8. Prima ad Timotheum 6.
Secunda ad Timotheum 4.
9. Ad Titum 3.
10. Ad Philemonem 1.
11. Prima D. Petri 5.
12. Prima S. Ioannis apostoli 5.

¶ 1. Epistola ad Hebræos 13.
2. Epistola S. Iacobi 5.
3. Secunda D. Petri 3.
4. Secunda S. Ioannis 1.
Tertia S. Ioannis 1.
5. Epistola Iudæ 1.
6. Apocalypsis S. Ioannis 22.

¶ Librum Sapientiæ, Prouerbia Salomonis, Cantica canticorum, Ecclesiasten & Ecclesiasticum, multi (ut in Missalibus) uno omnes libri Sapientiæ nomine citant.

¶ *Diuisio librorum ueteris Testamenti secundum Hebræos, ex præfatione D. Sebast. Munsteri in suam Bibliorum translationem.*

Vetus Testamentum Hebræi à numero 24. librorum denominant. Hos diuidunt in tres ordines.

1. In legem, quam etiam Quinarium uocant, ut Græci Pentateuchum: continet enim quinq; libros, Genesin, Exodum, Leuiticum, & Deuteronomiũ.
2. In prophetas priores, quorũ libri sunt 4. Videlicet Iosue, liber Iudicum, Samuel, qui primus & secundus est Regum: Melachim, qui tertius & quartus est Regum.
3. In prophetas posteriores: quorũ tres dicuntur maiores, Esaias, Hieremias, Ezechiel: Reliqui duodecim minores, Oseas, Ioël, Amos, Obadia, Iona, Micha, Nahũ, Habacuk, Zephania, Haggi, Zecharia, Malachi.

His addunt quartum ordinem librorũ 11. quos scripta uocant, Græci hagiographa, quòd ueluti de sanctis rebus à sanctis uiris prodita sint. Sunt autẽ isti. Paralipomenon liber 1. Hebræis, Latini in duos distinxerunt. Hymni uel Psalmi. Prouerbia. Iob. Ruth. Ecclesiastes. Treni. Canticũ canticorum. Esther. Daniel. Esdras. Liber tamen Ruth, historiæ ordine sequitur librum Samuelis: & Paralipomenon post librum Regum.

Intra hunc numerum concluserunt & Hebræi & prisci Christiani canonica ueteris Testamenti uolumina, & nephas erat de eorum fide dubitare.

Quintus ordo librorum apocryphorũ est, (aliqui ecclesiasticos uocant) qui cum Hebraice non extent, apud Græcos tamen leguntur, & in Ecclesiasti-

cum

cum usum recepti sunt, numero 8. nempe, Sapientiæ liber, quem quidã suspicantur esse Philonis Iudæi: Ecclesiasticus, quẽ putant esse Iesu filij Sirach: Tobias, Iudith, Machabæorũ libri 2. Duæ historiæ Danieli annexæ, una de Susanna, altera de Belo & draco ne. Accesserunt & duo alij libri ad librum Ezræ, tertius scilicet & quartus.

Hunc hactenus enumeratum ordinem librorum Sebast. Munsterus in translatione sua Hebraico textu è regione oppositа sequitur.

Sunt qui totum uetus instrumentum in libros historicos, prophetícos & Morales siue Sapientiales, ut uocant, diuidunt. Vide præfationem H. Bullingeri in Biblia.

Octateuchum Græci appellant primos 8. libros, Pentateuchũ inquam cum libris Iosue, Iudicum & Ruth.

¶ De libris à sacra scriptura separatis & apocryphis, deq; 4. Euangelijs, ubi & à quibus scripta sint, ex Athanasio fragmentum, interprete Des. Erasmo.

De canonicis & apocryphis libris, Ioan. Spretter Germanice scripsit.

Qui sacri & Biblici libri sint, quiq; primò legendi, Andreæ Carolostadij liber Germanicus, excusus in 4. chartis 3. anno 1521.

Contra uetus Testamentum uerba Adimanti, Tomo 6. operũ D. Augustini.

Quo studio sint legendi libri ueteris Testamenti, Seb. Munsterus super sua Bibliorum translatione.

In laudem Bibliorum Elegia Gasparis Bruschij.

Aegloga de ueteri Testamento & fabulis gentilium, in qua ueritatem fidei astruit, perfidiæ falsitatem destruit, Theodori Itali.

Sententiæ aliquot sacræ ex Bibliis hortantes ad sacrarum literarum studia, positæ à principio Bibliorum Rober. Stephani.

D. Hieronymi prologi in libris utriusq; Testamenti, qui singulis in omnibus ferè editionib9 præponi solent. Sunt autem tres statim ab initio Bibliorũ: Horum primus est,

1. Prologus galeatus, in quo numerus canonicorum ueteris Testamenti librorum, totidem Hebræorum literis (quod ad numerũ duntaxat) cõgruere ostenditur, &c.

2. Secundus ad Paulinũ, uulgo in octo capitula diuiditur: Summa hæc est, De philosophorum quorundã, & D. Pauli peregrinationib. Vitæ uocis effectus. Theologum non modo uirum bonum & sanctũ, sed etiam eruditum esse oportere. Veram sapientiam in cognitione Christi esse, eamq; in mysterijs librorũ ueteris Testamenti latere: quibus etsi magno studio aliquis incumbat, sine doctore tamẽ per se nihil efficiet. Artes omnes à magistris unũquenq; prius discere quàm profiteat: Sacras uero literas plerosq; omnes docere prius quàm discant. Argumenta breuissima in omnes utriusq; Testamẽti libros. Postremo hortatur Paulinũ, ut res suas cito uendat, aut omnino relinquat.

3. Tertius prologus in Pentateuchũ est, ubi rationem reddit translationis suę in eundem. De 70. interpretibus, et q̃ locos de trinitate uel de industria, uel quia non intelligebant, partim male reddiderint, partim omiserint.

Phil. Melanchthonis præfatio in translationem 70. Basileæ excusam, 1545.

In Biblia Latine excusa Lipsię, 1544. præfatio Brentij.

In Biblia, plogus Rabi Iacob filij Haijm.

Sanctes Pagninus & Seb. Munsterus in præfationib. super translationes suas multa ad totam sacram scripturã utilissima docent, præfati sunt & alij, ijdem puto quotquot transtulerunt ferè.

¶ *De Hebraicis Bibliorum editionibus, & annotatis in ea ad literam.*

Cõplutensis in Hispania editio, Hebraica, Græca, & Latina Biblia continet: & in Pentateuchũ Chaldaica etiam. Vide Tomo 1. in Francisco Simenio.

Biblia Hebraica excusa olim Pisauris, 1494. in 4. & in fol: ibidem eodem tempore. Vide supra in Grammaticis libro 1. Titulo 21. qui totus est de

libris Hebraicis. Separatim autem de libris sacris & commentarijs in eos Hebraicis scripsimus ibidem fol. 40. a. & deinceps, quæ omnia hic repeti superuacuum esset.

Biblia Hebraica excusa Basileæ in officina Frobeniana, 1536. in 4. chartis 149. De Seb. Munsteri translatione Latina Hebraico textui è regione posita, uide Tomo 1. in S.

Syriaca siue Chaldaica Targum. 1. translatio in uet9 Testamēt. uide Tomo 1. in Ionatha Vzielis, & in Onkelo.

Super Chaldaica interpretatione in Pentateuchum & reliquos Bibliorum libros censuram, uide Tomo 1. in Fr. Simenio.

Targum Chaldaicum integrum in uetus Testamentum Latine uertit Con. Pellicanus.

¶ Librorum sacrorum distinctio annotata, cum singulorum capitulis & numeris. Item ordo canonicorum librorum iuxta Massoreth. Libellus Venetijs excusus Hebraice. De ordine librorū apud Hebræos in Biblijs, uide etiam supra libro 1. fol. 40. a.

Varia lectio Biblica assignata iuxta filium Aser, et filium Neptali Tiberienses (aliâs, inter filios Aser & filios Nephtali) cum assignatione temporum iuxta libros legis & prophetarū, per 24. canonicos libros. Impressa Venetijs in Biblijs cum Targū, &c. 1515. apud Bombergum.

Varia lectio legis inter filios terræ Israël & filios Babylonicos, in libris (præter legem) canonicis.

Massoreth, id est, Traditiões, seu potius Correcturæ Biblicæ ad textum Biblicum, aliæ magnæ sunt, aliæ paruæ, Venetijs impressæ. Sunt autem quasi Concordantiæ, quoties quodq; uocabulum in Biblijs reperiatur, & adscribi solent ad textum Hebræorum iuxta commentarios in margine.

Massoreth Eliæ Leuitæ per Con. Pellicanum translatæ.

Cõcordantia maior Hebraica, cum usu & assignationibus librorum sacrorū.

Circa Biblia Annotationes ad literam, Hebraicæ excusæ Venetijs.

Numerus omnium literarum in Biblijs, Ibidem.

De Iudæorum Theologia, præsertim Thalmudica, plura uide infra parte 2. huius Tituli.

¶ De Biblijs Græcis.

Aristeæ libellus de 70. interpretib. Græce (quod sciam) nondum excusus, sed Latine Matthia Palmerio interprete.

De 70. interpretibus uide prologum D. Hieronymi in Pentateuchū, & Epiphanij libellum, & Pet. Galatinū, l. 3.

Complutensis siue Hispana editio, Septuaginta interpretum Græca Biblia complectitur integra, & translationē in eadem, uide in Francisco Simenio Tomo 1. Audio hanc editionem multò esse emendatiorem quàm plærasq; post illam factas.

Translatio 70. interpretum Latine reddita ex Complutensi editione à Crantandro etiam impressa est in 4. in cuius operis initio excusus est tractatus de authoritate 70. interpretū: quodq; Aristea & Iosepho testibus Pentateuchum duntaxat transtulerint.

BIBLIA Græca excusa olim Venetijs apud Aldū in fol. corruptissime: deinde Argētorati apud Vuolfiū Cephalæū nihilo emēdatius, anno 1536. in 8. ita ut ueteris Testamenti Tomi tres sint, noui unus. Postremo Basileę apud Heruagiū, anno 1545. in fol. innumeris locis ex optimorū librorum collatione & doctorū uirorum opera, multò quàm unquam antea emendatiora (ut pollicet Titulus Operis) cum Præfatione Philip. Melanchthonis, cuius hæc uerba Lectoribus hic proponere uisum est:

Præcipue (inquit) bene merentur de Ecclesia, qui fontes proferunt, uidelicet Ebraicos libros prophetarum, & Græcos Apostolorum. Versionem uero Græcam prophetarum scio longe squalidiorem esse sitis fontibus: sed tamen extare eam utile est, cum ea Græci etiamnum utantur, & collatio sæpe Latinis prodesse possit: deniq; cum sententiæ à Paulo citatæ ostendāt, tunc eam in manibus apostolorum fuisse. Et paulò post. Apparet autem

ret autem interpretibus his, quorũ hæc est uersio, non tam uerborum intellectũ defuisse, quàm diligentiã in distinguendis sententijs: quod eò accidit, quia & fontes non satis intellexerunt, & ad diligentiam formandæ orationis in Græca lingua non fuerunt adsuefacti: postea etiã tot sæculis multa membra confusius descripserunt indocti librarij. Prodest tamen extare hæc monumenta, quia interdum Græca lectio propior est fontibus quàm Latina, &c.

Aquilæ, Theodotionis, & Septuaginta interpretum translatio extat in Ecclesiasten cũ Olympiodori scholijs Græcis, quæ Latine impressa sunt Basileæ apud Bebeliũ. Claruit Aquila (ut scribit Her. Contractus) anno Domini 128. Vide Tomo 1. in Onkelos.

Translationes eorundem subinde citantur in Commentarijs Græcis Procopij in Octateuchum.

Danielis & Susannæ historia apud Hebræos & Septuaginta non habetur: è Theodotionis translatione legitur in Ecclesia. Hieronymus. De Theodotione Tomo 1. ex Trittemio scripsimus, eum ex Hebræo Latinam fecisse translationem: quod falsum esse apparet, cum Græcam non Latinã eius translationem fuisse constet, circa annum 180.

¶ De Latinis Biblijs.

De sacræ scripturæ dissonis translationibus, Kilianus Leib.

De translationibus Bibliorum, Apologia Petri Sutoris contra Erasmum.

An Hieronymus uulgatæ editionis fuerit author, Seb. Munsterus in Præfatione in translationem suam.

In Hebræorum libros ueteris Testamenti, Vuinandus de Stega, confert autẽ uulgarem editionem cum Hebraicis.

In ueteris Testamenti uulgarem translationẽ recognitio Augustini Steuchi Eugubini, de qua uerba authoris coposse posuimus Tomo primo in A.

Contra August. Steuchum, Seb. Munsterus in præfatione super translationẽ suam.

Moguntinẽsis editio, excusa anno 1462.

Anno 1484. impressa sunt Biblia Venetijs apud Io. dictũ Magnum Herbort de Selgenstat Germanum, in 4. charta basilica, cum interpretatione Hebraicorum nominum, &c.

Itẽ Basileæ 1491. in 8. apud Io. Frobenium, minimo characterẽ, & rursus anno 1500. minutis characteribus.

Rursus 1522. in 4. hoc Titulo, Biblia, uetus quidem testamentum ad uetustissimorum codicum fidem recognitum, nouum uero ex interpretatione Des. Erasmi. Eodem anno Io. Knoblochus Argentorati ea excudit in 8.

Biblia, & breues in eadem Annotatiões ex doctiss. interpretationibus & Hebræorum cõmentarijs. Interpretatio nominum Hebraicorũ: Index copiosus rerum & sententiarum. Rob. Stephanus impressit Parisijs 1532. in magno fol. Operis rationem typographus reddit in Præfatione. Vide etiã paulò post quæ de hac dicantur, in altera eius editione facta anno 1540.

Biblia iuxta uulgatam editionem, ad Hebraicam ueritatem emẽdata, cum capitum singulorum argumentis, & uocum Hebraicarũ interpretatione, Io. Schotto excudit Argẽtorati 1535. in 8.

Biblia iuxta uulgatam translationem, et eam quàm haberi potuit emendatissimam: cui in nouo testam. apposita est Des. Erasmi uersio. Accedit interpretatio nominum Hebraicorum, & Index copiosus. Frobenius publicauit Basileę 1538, in magno fol. chartis 315.

Biblia olim Basileæ impressa cum pleno apparatu Summariorum & Concordantiarum, & quadruplici repertorij siue indicis distinctione.

Biblia excusa olim in 16. Tomis quinq; minutis characteribus, cũ argumentis ad initia capitum. Marginibus etiam non concordantiæ modo adscribuntur, sed sparsim uariæ annotatiunculæ, lectionis diuersitas, remissio ad libros sententiarum, argumenti perstrictio: & in libris historicis, gentilium historiæ qui in eadem tempora coinciderunt.

Biblia excusa Coloniæ apud Quendel. Item Lipsiæ cum præfatione Brentij

adiectis figuris, anno 1544. Sed de picturis seu figuris in Biblia, aliqua reperies in Historicis infra.

¶ Bibliorum translatio uetus, ad multa exemplaria Latina, & Hebræos Græcosq; codices collata, in quibus quæ diuersa deprehẽsa sint, passim in margine interiore annotatum est: exterior margo concordantias, & textus argumenta continet. Accedunt schemata Tabernaculi Mosaici & Tẽpli Salomonis, opera Fr. Vatabli summa arte & fide expressa.

Interpretatio propriorum nominum Hebraicorum, &c. longe alia quàm antehac. Locorum descriptio è Cosmographis.

Index copiosus rerum & sententiarum in utrumq; Testamentum. Et alia quædam in principio operis. Rober. Stephanus excudit Parisijs 1540. in fol. charta Basilica. Typographus in præfatione circiter uiginti rara & antiquissima exemplaria Latina nominat, quibus cum hæc editio collata sit. Verba addenda quæ prius non habebantur asteriscõ notantur, superflua obeliscõ. In fine præfationis agnoscit beneficium acceptum à Gulielmo Fabricio canonico Pictauiensi, uiro Hebraice, Græce, & Latine eruditissimo à quo in his Biblijs emendandis, & locis cognatis annotandis candido & liberali studio plurimum adiutus sit.

Ab initio præfationis, hęc eius uerba sunt: Prodierant ante annos octo è nostra typographica officina Biblia (similiter in fol. charta basilica, ijsdem quæ hic in fine & principio adiectis) magna fide ad antiquissimos codices Latinos excusa. Tum enim uirorum doctissimorũ consilium fuit, ut ea lectio quæ in uetustissimis illis exemplaribus inuenta fuisset, si cum Hebraicis ueteris Testamenti codicibus, aut Græcis noui Testamenti libris cõsentiret, excuderetur; ne uarijs et diuersis lectionibus margines occupatæ essent. Quod consiliũ nõ caruit inuidia: Proinde nũc aliter usum est, &c. Non omittenda sunt etiã quæ promittit, paulò infra mediam præfationem. Iam uero (inquit) quod ad nostras Annotationes pertinet, illas ut olim in marginibus interioribus Bibliorum nostrorũ nõ excudimus, q̃ ob copiosissimam & utilissimam accessionẽ Tomos suos sibi priuatim et separatim poscerent: quarũ ut aliquod specimen edamus, breui tibi pariet nostra officina totum Pentateuchũ, annotationibus haudquaq̃ pœnitẽdis cultum et belle instructũ, quo fruẽris utẽris interea dum in alios quoq; Veteris testamenti libros, annotationes tibi concipimus & elaboramus. Promissa hæc præstita puto in editione quæ exiuit anno 1545.

Biblia ex postremis orthodoxorũ doctorum omnium uigilijs ad Hebraicã ueritatem, & probatissimorũ ac manuscriptorũ exemplariũ fidem restituta: cum argumentis, indice historiarum, & Hebraicorum nominũ interpretatione. Brylingerus excudit Basileæ.

In Complutensi editiõe Francisci Simenij, Pentateuchus quidẽ tres linguas habet, Hebraicam, Chaldaicã, & Græcam, & totidem interpretationes Latinas: Hagiographi deinde libri simul & ꝓphetales, Hebraica & Græca lingua constant, & utriusq; translatione Latina seorsim. Deniq; libri extra canonem Græce tantum leguntur, cum duplici Latina interpretatione, altera b. Hieronymi, altera de uerbo ad uerbum.

De Sanctis Pagnini translatione, & quę simul cum ea excusa sint; uide Tomo 1. in S.

Sebastiani Munsteri translatio, Hebraico textui è regione appositа: item seorsim excusa Tiguri apud Froschouerum. Vide Tomo 1. In præfatione author tum alia multa docte disserit, per capita aliquot, tum qua ratiõe quoq; consilio facta sit hæc translationis suæ editio.

BIBLIA è sacra Hebræorũ lingua Græcorumq; fontibus, consultis simul orthodoxis interpretibus religiosissime translata in sermonem Latinũ, Leone Iuda interprete in Hebraicis, et Petro Cholino in Ecclesiasticis libris q̃ Hebraice non extant. Quæ morte præ-

uentus

uentus Leo Iudæ reliquerat, à Theodoro Bibliandro conuersa sunt, uide licet octo postrema capita Ezechielis, Daniel, Iob, Psalmi 48. ultimi, Ecclesiastes & Cantica canticorũ. In nouo Testamẽto Des. Erasmi translatio seruata est, per Petrũ Cholinũ & Rod. Gualtherum ad uetustos uariosq; codices collata, diximus etiam Tomo 1. in Leone Iudæ. Adnotationes & uariæ lectiones passim per tota Biblia marginibus adiiciunt. Initiũ libri continet præfationẽ de Operis instituto & ratiõe, in qua cùm alia multa tum plurima de interprete Leone Iudæ differuntur, quanta eius fides, eruditio ac diligentia fuerit. Eam sequit Expositio Heinrychi Bullingeri de omnibus sanctę scripturę libris, eorũq; præstantia, dignitate, & argumentis. Tertio, Compendiũ & scopus totius sacræ scripturæ. Capitum argumẽta in illis libris, quos Leo transtulit, ab eodem composita sunt: aliorũ author est Theod. Bibliander, qui suis quoq; libris suas annotatiões appositi, quẽadmodum Leo suæ uersioni sua adiecit. Nouo etiam Testamento argumenta sua non desunt. Accedũt ad finem Operis Rod. Gualtheri Argumenta carmine elegiaco in singula librorum omniũ capita. Christoph. Froschouerus excudit Tiguri, anno 1543. in fol. charta basilica. Et rursus in quarto, per omnia simile opus, & eadem continens: postremo in 8. ubi marginũ Annotationes omissæ sunt. Hæc interpretatio habetur etiam in Rob. Stephani editione in 8. ut iam dicetur.

¶ BIBLIA, ex uetere & noua translatione è regione positis, cum Annotationibus copiosis: & interpretatione Hebraicorum, Chaldæorum, Græcorumq; nominum, & Indice rerum & sententiarũ, & Indiculo in Epistolas ac Euangelia per totũ annum. Ab initio præponitur Summa totius sacræ scripturę: Indices duo testimoniorum à Christo & Apostolis in nouo Testamento citatorum ex ueteri. D. Hieronymi Prologi simul omnes, qs in diuersos Bibliorum libros edidit. Rob. Stephanus excudit Parisijs in 8. anno 1545. charta basilica, ita ut in unum uolumen ligari possit.

Verba Typographi in Præfatione: Veteris interpretis traditionẽ primo loco impressimus, in qua nihil omnino immutatum reperias. Siquando autẽ collatis iam uetustissimis, & ijs manuscriptis codicibus, uaria occurrit lectio, quæ Hebræo codici responderet: eam margini, ut in præcedenti Bibliorũ excusione factum erat à nobis, adnotauimus. Secundo loco ex pluribus de Hebræo translationibus, quæ nostro tempore emerserunt, eam potissimum elegimus, quam ueteri è regione apponeremus, quæ uiris doctis uideretur cæteris Latinior. Nam Sanctis Pagnini uersionem sicut omnium doctissimam cõfitentur qui iudicio sunt in hoc genere excellentiori, sic paulò obscuriorem esse queruntur, quod uerbum uerbo reddere studuerit. Hanc igitur nouam translationem tametsi existimaremus fidelem, et ueritatem Hebraicam proxime exprimere, cum uellemus tamen cum aliorum uersionibus, maxime autem Sanctis Pagnini conferre: ecce commodum amici de prælectionibus Fr. Vatabli doctissimi Hebraicarum literarum professoris Regij nos admonent: neminem maiori uel eruditione, uel fide, magisq; perspicua expositione, sacros ueteris Testamenti libros omnes, quos Hebræi receperunt, interpretatum esse, multos esse eius diligentissimos auditores, qui percepta ab eo, magna fide excepissent. Horum igitur consilium secuti, diligẽtissimum quenq; ex illius auditoribus rogauimus ut suos nobis libros commodarent. Quod cum illi alacriter fecissent, nos (quanta animi attentione fieri potuit) excepta ab illis cum hac noua uersione contulimus: ex hisq; peculiares quasdam Hebraici sermonis formas, quas semel & iterum inchoatas, ad margines Bibliorum à nobis superioribus annis excusorum annotaueramus, omnes propemodum explicauimus. Præterea quæ uel subobscura erant in hac ipsa tralatione, uel ab eius authore parum diligenter perpensa, uel

etiam ab Hebraica ueritate interdum aliena, ita indicauimus numeris aut alijs notis, simulq; exposuimus, ut quæ difficillima esse & obscurissima adhuc uisa sunt, nunc plana fore ac facilia confidamus, quod deprehendent ij potissimum, qui in literis sacris paulò erunt exercitationes. Quod si Vatablus ipse has Annotationes edidisset, Deus bone, quantum doctrinæ, quantum facilitatis accessurum fuisse existimamus? Verum quominus adhuc id, sicut cupiebat, præstaret, publicæ professionis occupationibus est prohibitus. Hæc aũt de libris ueteris Testamẽti tantũ, & qui sermone Hebraico scripti sunt, intelligetis, &c.

Post hæc admonet de numeris & notis, quæ tum alibi, tum in Apocryphis quæ Hebraice non extant, adhibentur. Translatio noua illa est, quæ Tiguri primum prodiuit anno 1543. de qua paulò ante diximus: cuius Annotationes etiam marginibus adscriptæ, in his Roberti Bibliis, uel omnes, uel utiliores cõprehenduntur.

Isidori Clarij Brixiani monachi Casinensis in utrumq; Testamentũ uersio (pura & erudita) ad Hebraicam & Græcam ueritatem.

Sebastiani Castalionis Pentateuchus ad Hebraicã ueritatẽ Latinissime translatus, & similiter Psalmi iam excusi sunt. Pergit autem, ni fallor, tota Biblia similiter transferre.

Biblia ad Septuaginta interpretũ fidem tralata, Cratander excudit Basileæ, 1536. in 4. chartis 104. Est autẽ eadem translatio quæ in Complutensi editione habetur.

Biblia magna excusa olim Lugduni in folio.

Biblia magna Norimbergę excusa, 1523. in fol. apud Fœdericum Peypum, ex Hebraicis uoluminibus multis in locis restituta, per Andream Osiandrũ, ut ipse testatur in præfatione.

Biblia impressa Basileæ apud Ioannem Frobenium in magno fol. anno 1514. cum summarijs ab initio singulorum capitum: & concordantijs utriusq; Testamenti & iuris canonici. Accedunt canones Eusebij in Euangelistas, & Hebraicorum nominum interpretatio. Cæterum ab initio operis hæc continentur: Biblicorum librorum distinctio per tabulam.

Tabula in Biblicos libros ordine alphabeti, quoto quisq; folio incipiat.

Tabula uersuũ circiter 218. quibus comprehenditur summa omnium librorũ Biblicorum: Vnaquæq; autem dictio capitis unius summam ordine significat, adiecta glossa interlineali, & in margine breuibus argumẽtis soluta oratione ad principia singulorum librorum. Index alphabeticus chartis 2. & quadrante in tota Biblia, per Gabrielem Brunum collectus. Admonitio de sex translationibus Græcis, & hexaplis Origenis, et Hieronymi duabus Latinis. Item de quadruplici scripturæ sensu. Posiremo prologi D. Hieronymi.

Bibliorum textus integer continet, cum plærisq; opinor qui commentarios in tota Biblia scripserũt; qui paulò post enumerabuntur.

¶ De Bibliis in lingua Germanica, Italica, Gallica & Hispanica.

Biblia. i. Vtrumq; Testamentũ, Germanice reddita, per M. Lutherũ, excusa Vitembergæ apud Ioã. Lufft 1534. in fol. chartis 467. cũ multis præfatiõib.

Argentorati etiam Germanica Biblia olim excusa sunt in 8. nescio an integra.

Biblia Tiguri excusa anno 1545. & prius etiam aliquoties, in magno folio, per ministros ecclesiæ Tigurinæ ad Hebraicam ueritatẽ, Germanico sermone reddita, & impressa elegantissime magnis characteribus, cũ figuris siue picturis passim adiectis, & Concordantijs per margines, & nouis capitũ argumentis. Accedunt ab initio, Prologus Heinrychi Bullingeri de omnibus S. Scripturæ libris, eorumq; præstantia, dignitate, & argumentis, chartis 5. ut in Latina etiam editione Tigurina. Index in præcipuas Scripturæ historias & locos communes. Computatio temporum & annorum ab Adamo usq; ad Christum ex scripturis comprobata.

Eadem

Eadem in 4. etiã charta basilica apud nos excusa sunt.

Michaël Adam Iudæus conuersus, Pentateuchũ & quinq; paruos libros canonicos, Cantica, Ruth, Threnos, Ecclesiasten & Hester, Germanice transtulit, prorsus ad uerbum: Ea translatio nuper apud nos impressa est characteribus tantum Hebraicis propter Iudæos. Puto etiam reliquos Bibliorũ libros similiter ab eo translatos esse, qui nondum publicati sunt.

¶ Antonius Bruciolus utrumq; Testamentum ex Hebraica & Græca ueritate, Italicum fecit.

¶ Vetus Testamentũ uir doctus & pius quidam hodie in Hispanicã linguam transfert. Nouum ante annos aliquot Fr. Dryander transtulit.

Lingua Cathalonica Biblia integra olim excusa, mox omnia concremata sunt. Audio etiam Castiliana lingua iussu regis Ioannis 2. olim reddita, adhuc extare.

¶ Biblia Gallica ex Hebraicis & Græcis archetypis translata per P. Robertũ Oliuetanum, anno 1535. & eodem anno excusa Neocomi, in magno fol. magnis characteribus. Marginibus passim adscribuntur argumenta, concordantiæ & annotatiunculæ. Ab initio præponitur Ioan. Caluini epistola Latina ad principes & populos omnes imperio Christi subditos. Quæ sequuntur Gallica sunt, ut totũ Opus, nempe: Interpretis epistola dedicatoria ad Ecclesiam Christi.

Eiusdem apologia, qua rationem huius translationis suæ reddit, & multa doctissime disserit ad literas sacras et linguam Hebraicam communiter pertinentia.

Epistola cuiusdam innominati de corrupta hominis natura, deq; usu & necessitate utriusq; Testamenti. Ad finẽ accedunt Hebraica nomina propria, &c. per literarum ordinem Gallice exposita, multò rectius quàm in uulgatis ante hanc editionibus, citatis etiam Scripturæ locis.

Index in præcipuos locos cõmunes, &c. utriusq; Testam. similis ferè Germanico cum Tigurinis Bibliis impresso, nisi quod historias & propria nomina non habet: Et alia quædam continet, quibus noster caret, per Matthæũ Gramelinum diligenter collectus.

Biblia Gallica in 4. emendatiora, ut audio, post superiorẽ editionẽ impressa sunt Geneuæ.

¶ *Qui scripserint in tota Biblia, ordine literarum enumerati.*

De cõmentarijs in sacram Scripturam, Des. Erasmus.

Interpretes sacrarũ literarũ, Coruinus.

Biblia Græca cum cõmentarijs sparsim collectis, extant Venetijs in Bibliotheca SS. Ioannis & Pauli.

¶ Anselmus Laudiniẽsis author est Glossæ interlinealis utriusq; Testamenti.

Albertus Magnus & Alphonsius Abulensis, in tota Biblia scripserunt.

Aur. Augustini Quæstionum in Vetus Testamentum libri 7. Tomo 4. operum eius.

Beda in Biblia ferè tota cõmentarios edidit: & Lectionũ in utrumq; Testam. libros 2.

Bernardinus Gadolus Veroneñ.

De Conradi Pellicani cõmentarijs abunde dictum est Tomo 1. Scripsit etiam Germanicas expositiones in plerosq; Bibliorum libros, quæ nondum editæ sunt.

Dionysius Rickel Carthusianus in tota Biblia.

Hartmundi commentarij super quibusdam libris Biblicis.

Haymo episcopus in canonicos libros omnes utriusq; testamenti.

Hugo Barchinoneñ. de S. Caro Cardinalis.

Isidorus iunior. Ioan. Gastij commentarij ex D. Augustino, uide Tomo 1.

Nicolai de Lyra literalis & moralis expositio, uide Tomo 1.

Matthiæ Dorinck Replicæ siue Correctorium ad Nic. Lyrani expositionẽ in Biblia.

Pauli Burgensis Annotationes in Nic. Lyranum.

Rhabanus Fuldensis.

Strabus seu Strabo Fuldensis, scripsit or

dinariam gloſſam Bibliorum, quæ poſtea ab alijs aucta eſt.]

¶ *In ſtetus Teſtamentum.*

Sebaſtiani Munſteri cõmentarij in omnes libros canonicos.

Theodori Bibliandri enarrationes nondum editæ.

¶ *Pars 3. de Theologia Iudæorum.*

Hebraicos tũ in theologia, tum alios diuerſos libros enumerauimus libri 1. de grammatica Titulo ultimo, partim ubi eos ſecundum argumenta aliquo modo digeſſimus, partim ubi pretia ſingulorum, quo uæneunt Venetijs, indicantur. In ſequentibus etiam præſentis Tituli partibus, quicunq; in ſingulos ueteris Teſtamenti libros cõſcripti ſunt, ſuo quiq; loco commemorabuntur. Hic pauca quædam in libri 1. catalogo omiſſa, niſi memoria me fallit, annotabo: deinde pauca ad Cabalam pertinentia, addam: poſtremo plura quæ Thalmudicæ doctrinæ ſunt proponam.

¶ Quanta fuerit Eſdræ ſacerdotis erudi tio & memoria, in ordinanda atq; cõponenda Hebræorũ philoſophia, Crinitus 25. 3.

Hebræorum doctrinam triplici calle incedere, Talmutico, philoſophico, cabaliſtico, Cælius 10. 1.

Hebræorum commentarij non contemnendi, Seb. Munſterus in præfatione in ſuam translationem.

Hebraiſmi aliquot exponuntur à Sebaſtiano Munſtero ibidem.

Hebraicorum nominum propriorũ ex Bibliſs interpretationes, uide ſupra parte 1.

Emanuelis compilatio.

Liber ſpeculationis R. Hama.

Impedimentum Iudaicum.

R. Manahem Rakenat ſcripſit de mandatis affirmatiuis & negatiuis.

De ſapientibus Tiberiadis & Meſoreth, Lil. Gyraldus de poëtica dialogo 1. fol. 32. & 33.

¶ R. Moſis Directorium, ſiue Director dubiorum.

R. Moſe Gerundeñ, in baba batra librũ Talmudicum.

Liber ſenatorum Thalmudicus, uide in Paulo Ricio.

¶ CABALiſtæ, uide Tomo 1. in Symeone Ben Ioachim.

Io. Capnionis de arte Cabaliſtica libri 3. uide Tomo 1.

De eadem Raymundus Lullus.

De cabala ſcitu digna, Cælius 10. 1. & Pet. Galatin. 1. 6.

Characterizandi modus à Cabaliſtis traditus, Hen. Cor. Agrippa 3. 30. de characteribus ſpirituum ſcribens.

R. Abraham filij Leui Cabala.

Cabaliſtica dogmata R. Manahem à Ricanato.

De cabala nonnihil ex uerbis Pici Mirandulæ, Crinitus 25. 3.

De eadem Concluſiones aliquot habentur inter nongentas illas Fr. Pici.

Cabaliſtica & Orphica duodenarij ſcalæ, Agrippa 2. 14. Multa etiam alia Cabaliſtica in eiuſdem libris de occulta philoſophia inuenies.

¶ *De Thalmudicis libris. Aliqui T. ſimplex ſcribunt, alij aſpirant.*

Thalmud tractatuum omniũ argumenta, à Con. Pellicano translata.

Capitula patrum Thalmudica cum expoſitione.

R. Samuelis introductoriũ in Talmud Con. Pellicanus tranſtulit.

Farrago ex codice Thalmudęorum, per Paulum Ricium.

Miſena uel Miſnaios liber Thalmudicꝰ, &c. Vide Tomo 1. in Paulo Ricio.

Prædicationes & operationes Talmudicæ.

Thalmud magnum in 44. uoluminibus Venetijs uænale.

¶ *Quis fuerit ipſius Talmud author, quando editus ſit: in quot partes diuidatur: & quibus de rebus præcipue tractet, ex Petri Galatini de arcanis catholicæ ueritatis lib. 1. cap. 5. Colloquuntur Capnion & Galatinus.*

CAP. Quidam ſcribunt anno Chriſti circiter 300. Talmud fuiſſe cõfectum: Ioan. Picus in Apologia, anno 150. compactum ait. Ego apud Hebræos reperi à pluribus doctoribus collectũ eſſe, & per R. Aſſe in unum, inſtar Decreti, redu-

ctum,

ctum. Idcirco tuam quoq; sententiam audire uelim. GAL. Anno à templi 2. incendio 120. R. Iudas Symonis filius, quem ob doctrinæ probitatisq; excellentiam sanctum uocant: totius Iudaicæ sapientum synodi decreto, legis propheta rumq; explanationes, ac scripta omnia quæ cæteri doctores tam ante quàm post Christi aduentum, eatenus scripserant, in unum complexus est uolumen, quod Misna, id est, iteratam lectionem nuncupauit. Anno uero ab eiusdem templi uastatione circiter 300. R. Iohanan, assumptis sibi collegis Rab & Semuele: ipsum Misna, & quæcunq; alia scripta habere potuit, in unum colligens, Talmud Ierosolymitanum cõfecit. Anno deniq; 416. R. Asse, una cum Rabina omnes superiorum scripturas in unum redigens, ipsum quo nunc tota Iudæorum regitur synagoga, Babylonium contexuit Talmud: quẽ tamen morte præuentus perficere nequiuit. Mor autem eius filius, unà cum Maremar operi complementũ dedit. Est autem Talmud id quod doctrina, siue disciplinatio: commentaria priora omnia ac statuta, & quasdam temporum historias complectens: opus profecto tam diuina ac naturali, quàm politica ac legali sapientia undiq; plenum.

¶ *Diuisio operis Talmudici.*

CAP. Quidam in quatuor partes ipsum diuidunt: In quarum prima de rebus sanctis, de festis ac cerimonijs: In secunda uero de plantis & seminibus: In tertia de matrimonio & uxoribus: In quarta de iudicijs ac iuribus abunde tractatur. Petrus Niger in sex illum partes diuidit.

GAL. Talmud proculdubio in sex priuatas distinguitur partes, quas Sedarim, id est, ordines, uel directiones uocant: quod in totidẽ atq; easdem Misna prius diuisa fuisset: cum Talmud aliud ferè non sit, quàm cõmentum quoddam ipsius Misna. Harum quæq; subdiuiditur in plures Massachtoth, id est, tractatus uel libros, libri rursus in capita.

¶ *Talmudici operis pars 1. Ordo seminum dicta, libros habet. 11.*

1. Benedictionum, capita 9. De benedictionibus, de gratijs Deo agendis, de orationibus & diuinis laudibus.
2. Anguli, capita 10. De parte angulari segetum siue frugum, quæ pauperibus relinqui debebat.
3. Dubitationis, capita 10. De dandis decimis rerum dubiarum.
4. Duorum ex centũ, capita 11. De duorum separatiõe ex unoquoq; fructũ centenario, quæ sacerdotibus dari debebant.
5. Septimi, capita 10. De septimo anno, in quo nihil prorsus seminandũ erat, neq; terra colenda. Quo tempore & fructus arborum, & quæcunq; sponte terra ferebat, omnibus communia erant.
6. Commixtionum, capita 9. De cunctis rerum generibus, quæ commisceri prohibebantur.
7. Decimationis primæ, capita 9. De primis decimis, quæ debebantur Leuitis: ex quibus & Leuitæ ipsi tenebantur decimas sacerdotibus impartiri.
8. Decimationis secundæ, capita 5. De decimis secundis, quæ post decimas Leuitis exhibendas, extrahi debebãt, atq; in Ierusalem comedi & consumi.
9. Placentæ, capita 4. De placenta panis, uel torta, uel collyrida: quæ semper ex massa accipi debebat, & sacerdotibus dari.
10. Clausuræ, (aliâs, de præputijs) capita 3. De arborum clausura, quæ fiebat dum plantarentur: in signum, quod per triennium nemini ex earum fructibus comedere licebat.
11. Primitiarum, capita 4. De primitijs in templo offerendis, quas de septem duntaxat rebus offerre tenebantur: uidelicet de frumento, de ordeo, de uuis, de ficis, de malis punicis, de oliuis & dactylis.

¶ *Pars 2. Talmud, Ordo festorum dicta, libros 12. complectitur.*

1. Sabbati, capita 24. De sabbato: & de ijs quæ licebant & prohibebantur in die sabbati.
2. Conuersationum, capita 10. De conuersationibus quę inuicem Iudæis in sabbato licebant.

5. Paſcharum, capita 10. Huius pars 1. agit de azymis, deq; ijs quæ pro paſchæ ſolennitate præparanda erant: ſecunda, de agno paſchali.
4. Siclorum, capita 8. De ſiclorum exactione, quæ pro emptione duorum agnorum fieri debebat, qui quotidie in ſacrificio offerebãtur: unus mane, alter ueſperi. Etſi autem ſiclus proprie ſit pondus 20. obolorum, hic tamen pro moneta eiuſdem pretij accipit. Tenebat enim unuſquiſq; poſtq; uigeſimum ætatis egiſſet annum: ſingulis annis dimidium ſicli iuxta ponderis menſuram templi ſoluere, pro emendis duobus agnis prædictis, in iugi ſacrificio in redemptionem animarum offerendis.
5. Dierũ, capita 8. De die propitiationum agitur: ac de ijs quæ in huiuſmodi die fieri debebant.
6. Caſulæ ſiue tabernaculi, capita 5. De feſto tabernaculorum.
7. Diei boni, id eſt, feſti, capita 5. De omnibus quæ licebant, quæue prohibebãtur in quolibet die feſto: præterquam in ſabbato, & in die propiciationis.
8. Capitis anni, capita 5. De omnibus ad ſolennitatem capitis anni ſpectantibus.
9. Ieiunij, capita 4. De ieiunio q̃d quater in anno fieri debebat, deq; alijs ieiunijs.
10. Hiſtorię, capita 4. De hiſtoria Eſter, quæ in illa ſolennitate legenda erat, deq; pertinẽtibus ad eam ſolennitatẽ.
11. Feſti parui, capita 3. De diebus feſtis minoribus, qui inter primum & ultimum diem paſchæ & tabernaculorũ mediabant. Earum enim ſolennitatũ primus & poſtremus dies erant cæteris intermedijs ſolenniores.
12. Solennitatis, capita 3. De præcepto, quo omnes maſculi in Ieruſalẽ ter in anno ire tenebantur, in feſto ſcilicet paſchæ, pentecoſtes, & tabernaculorum.

¶ *Pars 3. Talmud, Ordo mulierum dicta, libros 7. continet.*

1. Fratriarum, capita 16. De præcepto de accipienda fratris ſine liberis defuncti uxore, ad ſuſcitandum eius ſemen.
2. Contractuum, capita 13. De contractibus dotium, & obligationum, quas & uir erga uxorem, & uxor in uirum ſeruare debebant.
3. Votorum, capita 11. De uotis mulierum.
4. Nazarei, capita 9. De uoto nazareorum, hoc eſt à uanitatibus mundi ſeparatorũ. Quibus durante uoto, non licebat inter alia, uinum bibere: neq; aliquid quod ex uite producitur, guſtare: neq; capillum tondere, neq; cadauer aliquod tangere.
5. Diuerſionis, capita 9. De diuerſione quam facit uxor à uiro, adhærendo alteri.
6. Libellorum repudij, capita 9. De libellis repudij, ac matrimonij diuortio.
7. Sponſalitiorum, capita 4. De ſponſalitijs & ſponſalibus, deq; ad ea pertinentibus.

¶ *Pars 4. Talmud, Ordo damnorum uocata, diuiſa in 7. libros.*

1. Damnorum uel nocumentorum, tres continet poſitiones: quarũ prima in 10. capita diſtinguitur: de cũctis damnis quæ tam ab hominibus, quàm à brutis fieri ſolent. Secunda capitũ eſt decem: de litibus, de iuribus, de uſuris, & de locutionibus. Poſtremo itidem capita 10. habet: de uenditionib9 & emptionibus, de ſocietatibus, & de hæredibus atq; hæreditatibus.
2. Iudicum ordinariorũ, capita 14. De iudicibus ordinarijs, de iudicijs, deq; omnibus ad iudicium pertinentibus abunde. Item de ijs qui partem in futuro ſæculo habent, ac de Meſſia, præſertim in capite quod incipit Helec.
3. Iuramẽtorum, capita 8. De iuramentis, deq; rerum cuſtodibus.
4. Teſtificationum, capita 8. De determinationibus, quę fiebant ex prædeceſſorum teſtificationibus, qui extiterant magnæ authoritatis uiri.
5. Seruitutis alienæ, capita 5. De idololatria: deq; ijs in quibus Iudæi, tam quo ad conuerſionem, quàm quo ad

cibum

cibum & potum, cum cæteris gentibus communicare non debebant.

6. Patrum, capita 5. quæ capitula patrũ ab omnibus ferè dicuntur, in quibus agitur de patribus priscis, qui à Mose usq; ad Symeonẽ iustum tum doctrina tũ sanctitate præ cęteris claruerũt.

7. Sentẽtiarum, capita 3. De sententijs per iudices ordinarios determinatis, & de pœnis contrafacientium.

Alium præter hos huic parti librum alii quidam addunt, quem tractatum percussionum uocant, ac tertio loco collocant: In quo agit̃ de percussionibus, quibus rei pro iudicum sententia puniendi erant. Qui autem septẽ duntaxat huic parti tribuũt libros, hunc à secundo non distinguunt, sed ex ambobus libris unum efficiunt.

¶ *Pars 5. Talmud, Ordo sanctificationum dicta, libros continet 11.*

1. Immolationum, capita 14. De immolationibus sacrificiorum: & de modo ac loco sacrificandi copiose.

2. Occisionum, capita 12. De animaliũ mundorum immolationibus & occisionibus, non pro sacrificijs, sed pro communi hominum usu.

3. Farinarum, capita 13. De farinis frumenti, quæ sacerdotibus in templo offerri debebant.

4. Primogenitorum, capita 9. De animalium primogenitis, tam de ijs quæ offerri debebant, cũq; de ijs quæ redimi.

5. Pretiorũ, capita 9. De pretijs earũ rerum, quæ se quis Deo daturum promisisset.

6. Permutationis, capita 7. De permutatione in sacrificijs nullatenus faciẽda.

7. Transgressionis, capita 6. De eorum transgressione, qui rebus sacrificatis sibi minime licitis usi fuissent.

8. Perditionum, capita 6. De animarũ perditione in futuro sæculo siue post hanc uitam propter earum peccata: et de peccatis ob quæ animę perdunt̃.

9. Continui, scilicet sacrificij, capita 6. De continuo duorum agnorum sacrificio: quod quotidie in templo fiebat.

10. Dimensionum, capita 5. De dimensionibus & mensuris templi.

11. Nidorum, capita 5. De oblationibus pullorum columbarum & turturum, quæ pauperes in templo offerre tenebantur.

¶ *Pars 6. Talmud, Ordo purificationum dicta, continet libros 12.*

1. Vasorum, capita 30. De purificatione uasorum cuiuscũq; generis ac materiæ: pannorumq; & indumentorũ, quæ cõtaminatione aliqua polluí potuissent.

2. Habitationum, capita 18. De domorum aliarumq; rerum purificatione, ab immundicia ratione corporis hominis mortui contracta.

3. Plagarum siue percussionum, capita 14. De purificatione tam humanorũ corporum ab immundicia, ratione lepræ aliarumq; plagarum contracta, quàm cæterarum rerum humano usui deputatarum, ex percussionibus aduenięnte.

4. Vitulæ uel uaccæ, capita 12. De cinęribus uaccæ seu uitulæ rubræ, ut eorum aspersione purificari potuissent, tam homines, quàm alia, quæ ratione humani cadaueris polluta fuissent.

5. Purificationum, capita 10. De purificatione ab immundicia, quæ aliunde quàm ab humano corpore mortuo contrahebatur.

6. Congregationũ uel collectionũ aquarum, capita 10. De fonte & aquis, in quibus baptisabant̃ homines utriusq; sexus, ut ab im̃undicijs spiritualibus purificarentur.

7. Menstruatæ, capita 10. De mulierũ purificatione ab immundicia, tam ratione menstruorũ quàm ratione partus contracta.

8. Spermatum, capita 10. De uirorum purificatione ab immundicia ex putrefactione spermatis per membrum uirile defluentis, proueniente.

9. Irrigatorum, capita 6. De irrigatorũ purificatione ab immundicia per contaminationem contracta.

10. Baptisati diei, capita 4. De baptisato eiusdem diei, qui licet per lotionẽ illius aquæ ab immundicia spirituali esset purificatus, non tamẽ perfecte;

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [54] - 17r
PUBLIC DOMAIN

donec die sequenti oblationē in templo faceret pro īmundicia, à qua per aquam purificatus fuerat.

11. Manuum, capita 4. De lauandis manibus uolentiū sacra contingere, aut de consecratis comedere: & de uase & aquis, quibus lauandæ erant eorū manus.

12. Pedunculorum fructuum, capita 3. Quando pedunculi, quibus poma & reliqui fructus adhærent, contaminari dicebantur ex fructuum immundorum contactu. (Hoc modo hactenus enumerato Rambam q̄ꝙ in prologo suo in Talmud, totum Talmud diuidit.)

SVMMA, Totius Talmud partes sunt sex, libri 60. capita 532. In quibus multæ ac penè infinitæ sparsim inueniuntur ghemaroth, id est, traditiones conclusæ, seu conclusiones determinatæ, innumerabilia ferè de Messia, ac nostræ fidei admodum consentanea arcana continentes: multis annis ante confectum Talmud à priscis Iudæorum traditæ atq̄ cōscriptæ. Hæc Petrus Galatinus, loco supra citato: qui etiam per totum hoc Opus suū Conclusiōes eiusmodi adducit et explicat.

¶ Eiusdem Pet. Galatini capita, primo eius libro tractata, quoniam omnia ad Talmud pertinent, hic subijcere libuit.

Caput 1. De antiquis & authenticis Iudæorum scriptis.

2. De priscis Iudæorum sapientibus, uiris magnæ synagogæ nuncupatis.

3. De authenticis Iudæorum scriptoribus, qui Christi antecesserunt aduentum, ex quorum potissimum scriptis cōpactus est Talmud: & primum de Septuaginta interpretibus.

4. De Iudæorū scriptoribus, quos paulò post Christum passum esse cōtigit: & quid de ipso senserint. De Philone, Iosepho, &c.

5. Quis fuerit ipsius Talmud author, quando editus sit, in quot partes diuisus, & quibus de rebus præcipue tractet. Hoc caput integrum, paulò breuius tamē, tam huc adscripsimus.

6. Quod Talmudistæ ad arcana legis perquirenda, allegoricū sensum maxime secuti fuerint: Cabalistæ uero anagogicum. Quid sit Cabala, & cur ueteres nostri de Cabala non meminerint.

7. An Talmud à Christianis recipi debeat.

8. Quod per Talmudicas traditiones, sacræ scripturæ depravationes optime corriguntur: quæ tam in nostra siue Græca siue Latina editione, quàm in textu Hebraico passim inueniuntur.

9. Quomodo sit contra Iudæos per eorum scripturas procedendum.

¶ *De duplici doctrina Hebræorum, ex eodem cap. 1.*

Iudæi dogmatum genus duplex habent, alterum quod uocant legem scriptam: alterum, ore traditam, quam nihil aliud esse aiunt, quàm legis scriptæ explicationem, à Mose primum diuinitus acceptam, deinde per manus traditam, usq̄ ad Ezram. Nomina doctorum omnium à Mose ad Ezram, quorum prior quisq̄ posteriorem docuit, (teste R. Mose Aegyptio initio Deuteronomij sui) hæc sunt: Moses, Iosue, Phinees, Heli, Samuel, Dauid, Achias, Elias, Eliseus, Ioiada, Zacharia, Hosee, Hamos, Esaias, Micheas, Ioël, Naum, Habacuc, Sephonia, Ieremia, Baruch, Ezra. Ethactenus nihil scripturæ præter Biblicā apud Iudæos extitisse certum est. Post Babylonicam uero captiuitatem ipso Ezra legē (quæ in urbis Hierosolymæ templiq̄ euersione combusta fuerat) rescribente, cæteri sapientes legis expositionem scribere cœperunt: ne si aliud urbis excidiū contingeret, in quo sapientes omnes perituri essent, unà cum eis & ipsa legis explanatio periret. Hinc factum est, ut omnes illi sapientes, quos à Babylonica transmigratione, usq̄ ad primam Talmudici codicis scriptionem esse contigit (qui in Capitulis patrum uiri magnæ synagogæ appellantur) legemq̄ docuisse constat: uerbo pariter et scripto legis expositionē auditoribus suis tradiderint. Quorum tanta est apud Iudæos authoritas, ut eorum scripta, ex quibus postea confectus est Talmud, primum post prophetas

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [55] - 17v
PUBLIC DOMAIN

phetas locum obtineant.

Ezras legis doctor, expositionẽ eius Symoni pontifici (qui & Iaddus dictus est, & ab Alexandro magno adoratus) tradidit, Symon Antigono Sychæo, Antigonus Iosepho Iohannis filio, & Iosepho Iohezeris filio: Hi rursus Nitæo Arbolensi, & Iehosuæ filio Perahiæ: Hi rursus Semayę et Abatalioni: Hi rursus Hilleli & Samæo (Hillelis 80. discipuli celebrantur.) Hillel denique & Sameus Iohanni Zachæi filio & Symeoni iusto Hillelis filio legis expositionem tradiderunt. Hic est ille Symeon iustus, qui Christũ suscepit in ulnis, in quo Iudaicæ Academiæ sceptrum defecit. Verum ut R. Moses Aegyptius scribit, huius Symeonis discipulus fuit Gamaliel, ad cuius pedes Paulus apostolus legem didicit. Gamalielis deinde Raban Symeon eius filius, ab Hadriano Cæsare postea occisus, auditor fuit: qui postremo & filium suũ nomine Iudam auditorẽ habuit: quem Iudæi pro eius doctrinæ probitatisq; excellentia, Rabbenum Haccados, id est, magistrum nostrum sanctum cognominãt. Fuit tamen & alius Rabbenus Haccados, qui tempore Romanorum consulũ, & doctrina & spiritu prophetiæ claruit: ac multa & quidem miranda de Christo scripsit. Quamobrem Iudæi recentiores nominis similitudine decepti, illũ hunc fuisse existimant. Quo fit ut hac usi cautela, quæcunq; ille futura prædixit, negare contendant. Hi igitur ferè omnes, quos post Ezrã Iudaicæ Academiæ præfuisse cõmemorauimus, ac alij ex eorum auditoribus penè innumeri, multa de legis explanatione scriptis reliquerũt, ex quibus postmodum Talmud confectus est: quanquã R. Moses Aegyptius usq; ad R. Iudam Symeonis filium, qui fuit anno post templi secundi incendiũ 120. neminem quicquam de legis enucleatione scriptis tradidisse testetur: quod fecit fortassis, ut Messiæ arcana, quæ in legis prophetarumq; expositionibus ante Christi natiuitatem detecta fuerãt, Christianos laterent: & ut scripta posteriorũ magis ex hoc authentica redderent, &c.

Iehosua Syrach. in procœmio Ecclesiastici sui, præter legem & prophetas, multos etiã alios libros apud Hebræos suo tempore (claruit autẽ sub Ptolemæo Euergete) ante Christi aduentũ scriptos fuisse, satis luculente testatur: Et Iehosuam quoq; auum suum quædam edidisse.

Aristobulus Peripateticus, natione Iudæus, anno ante natum Christum 160. Ptolemæi Philometoris hortatu in Mosen cõmentarios scripsit. Nõ multò post illum scripserunt R. Iodam, & R. Ibbai: deinde R. Symeon filius Iohai (cuius dicta in Talmudicis sæpe citantur) præter alia librum edidit, titulo de inuestigatione secretorum, & alium Cabalisticum. Idem Cõmentariorum libri Geneseos, qui Ierosolymorũ secretiore lingua conscripti leguntur, author fuisse creditur. Post hunc Rabbenus Haccados librum scripsit, qui inscribitur Gale razeya, id est, Reuelator secretorum. Et paulò post R. Nehumias Haccanæ filius, præter quod prophetarum testimonia de Messia clarissime interpretatus est, seipsum quoq; ab eius aduentu per quinquaginta tantum annos procul esse prædixit: et Haccanæ filio suo, quẽ Messiam ipsum uisurũ & sperabat & gaudebat, ut eum de Messiæ mysterijs certiorem faceret, epistolam scripsit, titulo Epistolæ secretorum. Per idem fermè tempus, anno scilicet ante Christi natalem circiter 42. Ionathas Vzielis filius, Hillelis auditor, & Symeonis iusti cõdiscipulus, totũ uetus instrumentum in Chaldæam uertit linguam atq; exposuit, &c. In horum omnium scriptis innumera & luculentissima testimonia de Messia, & Christianæ fidei mysteria proponuntur. Hæc ex tribus primis P. Galatini capitibus.

¶ De 14. *libris* R. *Mosis filij Maimon.*

Numerant Iudæorum magistri ex lege Mosis mandata dei necessariò obseruanda, numero 613. Quorum una pars est affirmatorum uel iussionũ, quæ sunt numero 248. iuxta numerum membrorum in humano corpore. Altera est negatiuorum, uel prohibitionum, quæ sunt numero 365. iuxta numerũ dierũ anni solaris. Omnia illa declarantur in libris Talmudicis. Cum quibusdam alijs mandatis postea traditis

à domo iudicij, et prophetis iuxta tempora & causas uarias.

Tractationem uero omniũ horum præceptorum diuisit summus Iudæorum doctor post Mosen sanctum, qui & ipse Aegyptius nominat, cum sit Hispanus, ut sese quoq; nominat ac scribit, Moses inquã filius Maimon (breuiter, Rambam) in 14. libros.

In primo tractat per 5. capita, de articulis fidei, quid de deo credendum: de doctrina legis: de idololatria: de pœnitentia.

In secundo tractat de amando deo & colendo: & de lectione, Audi Israël: de uestitu illis sacro: de sacerdotum benedictionibus: de circũcisione.

In tertio, de præceptis festiuitatũ iuxta tempora, ut sunt Sabbatum, Pascha: ubi de fermento & azymo, de Pentecoste, Tabernaculo, de Siclis quoq; et neomenijs, ieiunijs, & encenijs, &c.

In quarto, de matrimonijs & diuortijs, de fratris relicta, puellis, uirginibus: de suspectis, de dotibus & desponsationibus.

In quinto, de prohibitis congressibus, de cibis permissis & prohibitis, de animalium mactationibus.

In sexto, de iuramento, uotis, nazaræo, excõmunicatione & communione.

In septimo, de seminibus dubijs, uel duarum specierum, de sacris donationibus, & pro pauperibus: de decimis, de decima secunda, de fructibus in quartum annum. De primitijs, de anno iubileo, & de libertatis septimo.

In octauo, de sanctuario et uasis eius, de seruiẽtibus sanctuario & eius ingressu, de altaribus, oblationibus, iugi sacrificio: de polluentibus sacra, de cultu in die propitiationum: de culpis, pœnis, & restitutionibus.

In nono, de oblationibus solennitatum, nempe paschali: de benedictionibus, ignorantijs, de expiatione, & de commutatione.

In decimo, de mundicia & pollutionibus, de uacca rufa, de leprosis, menstruis: de cibis impuris, de uasis, & aquis puris.

In undecimo tractat de causis iudicialibus, de damno dato in pecunia uel corporibus, de furto, spolijs, perditione, corruptela, homicidio & custodia corporis.

In duodecimo, de contractibus, de probitate & donatiõe: de uicinis, de nunciijs & socijs, de seruis.

In tertiodecimo, de iudicijs, de mercedibus & mercenarijs: de postulatione & commendatione rerum: de mutuo accipiente & dante: de onerante & onerato, de hæreditatibus.

In quartodecimo tractat de ordinarijs iudicibus, & punientibus transgressiones: de testimonijs, de docentibus, de iubileo, de regibus et eorum bellis.

Rambam scripsit duos prologos, unum in suos 14. tractatus, alterũ in totum Talmud: utrumq; Latine uertit Con. Pellicanus.

Audio hunc authorem Arabice sua scripsisse, quæ deinde ab alijs in Hebraicam linguam translata, non parum elegantius & purius quàm reliquum Talmud legãtur. Talmud quod ante ipsum ualde prolixum erat, propter authorum uel opinatorum citationes magno cum fastidio subinde repetitas, recisis illis in minorem molem contraxit.

¶ De uoluminibus R. Alphes.

R. Alphes uolumen primum continet Talmudicos libros 11. (quos supra recensuimus in prima parte Talmud) cum glossis R. Salomonis, & R. Ionę, & Mardochæi, & Additionibus.

In tractatus minores adijcitur expositio R. Ioseph Nimuki, & R. Abrahã Leuitæ filij Hasdai. Sunt autem tractatus illi, De pollutione, Tfillin, de libro legis, Zizith, Lectio postis.

Secunda pars, de cuius libris dictum est similiter supra in parte 2. Talmud: habetur cum expositione R. Nasim, & R. Salomonis, & glossis Mardochæi, & Additionibus.

Volumen secundum continet alios Talmudicos libros cum cõmentarijs R. Ioseph Nimuki, & R. Salomonis, cũ Mardochæo & Additionibus, de causis matrimonialibus. Adduntur Additionum commentarij in libros Nazaræorum,

zarçorum, uotorum, placentarum, et aliorum plurium.

Volumen tertiũ reliquos Talmudicos complectitur, cum commentarijs ut reliqui. Libri sunt isti: Positio prima, media, & postrema. De flagellis. De iuramentis. De idolola tria. His additur liber de 20. portis iuramentorum.

¶ In Talmud Babylonicum.

Glossa R. Salomonis, Additiones, R. Aser, R. Mose, & Samson.

¶ Talmud Ierosolymitanum.

Cum Rambã & Additionibus. In quarta parte accedit expositio. R. Abraham filij Hasdai, & R. Salomonis. In quinta, R. Aser super tractatus paruos. In sexta, Cõmentarij Samson. Sed satis iam nugarum Iudaicarum: quarum nullus ferè alius Christianis usus est, quàm quod inde gentis huius stultissima peruicacia, & peruicacissima stultitia apparet.

¶ *Pars 5. De scriptis in Legem siue Pentateuchum: & primum qui in omnes quinq; : deinde qui in singulos Pentateuchi libros scripserint.*

Biblicas historias, & clarorum in Bibliis uirorum mentiones, ut patriarcharũ, Mosis, apostolorum, &c. seorsim digeremus infra circa initium Tituli 7. de historia Ecclesiastica.

Vide supra qui scripserint in uniuersa Biblia.

¶ De Hebraicis commentarijs.

¶ Pentateuchus Hebraice scriptus manu Esdræ, ut fertur Bononiæ seruatur in cœnobio Dominicanorum.

Glossa ordinaria Iudaica in Pentateuchum, maior & minor, magnæ authoritatis apud Iudæos, excusa Venetijs.

R. Abrahã aben Ezra prologus & commentarij in legem, qui inscribuntur fasciculus myrrhæ. Eosdem Con. Pellicanus Latine reddidit.

R. Bahai filij Aser expositio in Pentat.

R. Iacob glossa in Mosen.

Menahem Iudæi Perusch, id est, expositio legis iuxta ueritatem, ut inscribit.

R. Mosche filij Neha, perusch.

Quinq; libri Mosis cum Targum, id est, Chaldaica translatiõe Onkeli uel Aquilæ in eosdem, & minores libros: qui sunt, Cantica, Ruth, Threni, Ecclesiastes, Hester. Accedit ritus Iudaicus, & lectiones ordinariæ extra Pentateuchum, iuxta legem sabbatis cantandæ. Volumen impressum Venetijs.

Pentateuchus cum Targo Onkeli, & Massoreth utraq;, prolixa & breui: Volumen ibidem impressum:

Targũ Ierosolymitanũ in Pentateuch.

Targum utrũq; in Mosen, Con. Pellicanus Latino sermone reddidit.

Pentateuchus Complutensis editionis, lingua quadruplici, &c. uide in Franc. Semenio, Tomo 1.

In Pentateuchum & Targum, expositio R. Salomonis Iarchi, & Hiskuni, cũ quinq; paruis libris expositis, & Haphtoras, id est, lectionibus ordinarijs extra Pentateuchum.

Declarationes difficilium rerum in Pentateucho R. Salomonis.

Pentateuchus cum annotatiõibus & obseruationibus Hebraicis, quæ prolixi cõmentarij uice esse possunt, ex prælectionibus Franc. Vatabli, excusæ Parisijs apud Rob. Stephanum 1541.

¶ De Græcis commentarijs in Mosen.

Cyrillus in Pentateuchum, extat in Bibliothecis quibusdam Italiæ.

Procopij Gazæi in Octateuchum commentarij, id est, in Mosen, Iosue, Iudicum, & Ruth: item in regum libros et Paralipomenon, in Bibliothecis Romæ & Venetijs seruantur. Ego etiam exemplar manuscriptũ nactus à magnifico senatu Augustano, doctissimo uiro Conrado Clauserο nostro id concessi: qui commentarios in Genesin Latinitate iam donauit, in reliquis etiam, ut speramus, idem præstiturus.

Theodoreti Cyrnensis & aliorum quæstiones, à Genesi usq; ad libros Regũ, Inuenio & hunc Titulum, Theodoreti Solutiones dubiorum usq; ad Paralipomena, inclusiue. Extant ih

Italiæ Bibliothecis.

Apud Ioan. Oporinum celeberrimũ typographum Basileæ, uidi manuscriptum codicem Græcũ hac inscriptione: Græca scholia in Bibliorũ Octateuchum, collecta ex commentarijs, Theodoriti, Basilij, Chrysostomi, Seueri Gamalieñ. Acacij, Diodori, Gennadij, Seueriani, Hippolyti, Apollinaris, Didymi, Eusebij, Cyrilli, Origenis, Theophili, Theologi (id est, Gregorij Nazianzeni) Gregorij Nysseni, Serapionis, Ephraim & Philonis. Reperiunt, ni fallor, similia collectanea in utriusq; Testamenti libros: ex quibus esse uidentur quæ in Epistolã ad Romanos excusa sunt Basileæ, Ioañe Lonicero interprete. Crediderim autem ea omnia à Procopio nostro esse congesta. Is enim in præfatione commentariorum in Octateuchũ, scribit se primum collectanea edidisse, secundum diuersorum theologorum interpretationes citatis singulorum nominibus: deinde cum operis molem excrescere uidisset, & multa hac ratione repetenda esse: eosdem cõmentarios in unum & continuũ corpus conclusisse, in quo eædẽ omnes expositiones essent, sed ita ut nihil repeteretur, nec illorum nomina subinde citarentur. Epiphanius similiter in Psalterium diuersas expositiones collegit.

Philonis Iudęi in Pentateuchum Mosis, et in ipsum Mosen, libri 5. Fortassis ex istis sunt uolumina illa quatuor, à Lilio Aegidio Libellio edita, de quibus plura require Tomo 1. in Philone.

¶ De *Latine scriptis in Pentateuchum.*

In quinq; libros Mosis, Alanus de Insulis, Albertus Patauinus.

Augustini Steuchi annotationes.

Claudius monachus.

Commentarij Germanici per Con. Pellicanum. Latinos eiusdẽ nominari hic non opus est, ut neq; aliorũ qui in Biblia integra scripserũt, & supra simul enumerati sunt.

Erasmus Sarcerius in ueteris Testamẽti libros usq; ad Esther, inclusiue. Expectantur eius scripta etiam in reliquos ueteris Testamenti libros.

Erhardus monachus.

Hugo monachus de S. Victore.

Iacobus de Lusanna.

Nicolaus de Gorran. Rabanus.

Remigius abbas Benedictinus.

Rodolphus de Rudesheim.

Stephanus Anglicus.

Thomas de Vio Caietanus.

Vuinandus de Stega uulgatã editionẽ Hebraicis confert, in quinq; libris Mosaicis.

¶ *Qui scripserint in Genesin.*

NOTANDVM. Vide supra qui in tota Biblia scripserint: item qui in Pentateuchum. In sequentibus etiam utriusq; Testamẽti libris, meminisse oportet semper quærendum esse, primum qui in tota Biblia scripserint: deinde qui seorsim, uel in totum Vetus, uel in Nouum Testamentum: tertio, qui in omnes eiusdem ordinis libros: ut hic in omnes quinq; libros Mosis, & alibi in historicos omnes, in prophetas uel omnes, uel minores tantum, in epistolas Pauli omnes. Id quod semel hic admonuisse sat fuerit.

¶ *In Genesin, R. Mosse Hadarsan.*

R. Menahem Hakenad.

R. Isaac Arama.

R. Salomon Gallus, quem Con. Pellicanus Latinum fecit.

Difficiliorum & Græcarum, & Hebraicarum omniumq; peregrinarum dictionum in Geneseos libro interpretatio, per Andream Placum.

¶ Genesis, & aliqui libri ueteris Testamenti: Noua translatio in Græcũ incipiens à fine libri modo Iudaico. Codex hoc titulo in Bibliotheca quadã Italiæ, Venetijs puto, reseruatur.

Cyrilli commentarij Græci in Genesin.

Gregorius Nyssenus.

Io. Chrysostomi homiliæ 67. Tom. 5. operum eius, Io. Oecolãpadio interprete.

Methodius episcopus, Hieronymo teste.

Origenis homiliæ 17. extãt, in prima parte operum eius.

Seueriani Gabaleñ. episcopi conciones 14. Græcæ: quas Ioan. Alexand. Brassicanus in Bibliotheca sua Viennæ possidere se alicubi scribit.

Quæstio.

Quæstionum & solutionum in Genesin liber 1. Philonis, cum operibus eius Latinè impressis Basileæ apud Hen. Petrum.

¶In Genesin, Alcuinus.

Aur. Augustini de Genesi ad literã liber imperfectus. Et rursus de Genesi ad literã libri 12. Tomo 3. operũ eius. Vide supra Tomo 1. fol. 115. b.

Eiusdem de Genesi contra Manichæos libri 2.

Eucherij Lugdunen. libri 3.

Traditiones Hieronymi Stridonensis, Tomo 3. operum eius.

In Gen. allegoriæ, Isidori Hispalen. senioris.

In Geneseos priora aliq̃t capita, Iunilius.

Strabus Fuldensis monachus.

Victorinus Pictavien.

In Gen. usq; ad mortem Abrahæ, commentarius Victorini Massiliensis.

¶Benedicti Stendel in Genesin liber 1.

Brunonis archiepiscopi Ruthenorum li

Eckardus Teutonicus. (bri 2.

Henricus de Hassia iunior.

Henricus de Langenstein, aliâs de Hassia senior.

Hermañi Schildis Lectura in Genesin.

Leo Iudæ & Gaspar Megander ex ore Huldrychi Zuinglij Annotatiões in Genesin & Exodum exceperunt. Vide Tomo 1. in Gaspare.

Iacobi Magni literalis & mystica expositio.

Iacobi Ziegleri Conceptiones.

Ioan. Bertramus Germanus.

Ioan. Draconitis commentarius in Psalmos aliquot & capitula Geneseos de Christi regno.

Ioan. Oecolampadij annotationes, per Ioan. Gastium editæ.

Ioan. Zacharias.

Martini Lutheri annotationes in 11. capita Geneseos, per Vitum Theodorum collectæ & editæ.

Eiusdem conciones Germanicæ in Genesin, cũ institutione quomodo Moses discendus sit: Excusæ Vitebergæ in 8.

Nicolai de Cusa de Genesi liber 1.

Nicol. de Gorran, ordinis fratrum Prædicatorum.

Phil. Melanchthonis commentarius, Tomo 1. operum eius.

Aphorismi Petri Artopœi in Genesin, de prima rerum origine, & uita sanctissimorum antiquissimorumq; patrum.

Ruperti Tuitiensis libri 9.

Valentini Cratoaldi commentarius.

¶ *Qui non in totam Genesin, sed aliquas eius partes scripserint.*

Concordia Mosis & Platonis, Marsil. Fic. 8. 6.

Metaphysica Mosaica, Ioannis Fœnisecæ. Sed hæc pertinẽt potius ad primi Tituli partem, ubi de Theologia quid cum philosophia commune habeat, diximus.

¶Multa in Genesin habentur libro 2. Sententiarum Pet. Lombardi, usq; ad distinctionem 24. uel ultra.

In 4. capita Geneseos Hebraica, Paulus Fagius.

In tria capita Geneseos, Petri Artopœi scholia marginalia ad textum triplicem: Hebraice, Græce, & Latine è regione excusum: & Annotationes in eadem seorsim post textum. Aphorismi uero eius in totã Genesin extenduntur.

De creatione distinctioneq; rerũ, Dionysius Carthus. lib. 3. de fide catholica.

De Mosaico opificio Philonis Iudæi liber primus in secũdo uolumine translationis Lilij Aegidij. Idẽ puto qui aliâs Philonis in Hexaëmeron nominatur.

In tria capita Geneseos, siue de Cosmopœia, siue de mundano opificio, Augustin. Steuchus.

In Hexameron, uel potius Hexaëmeron, id est, sex dierum opus Dei, scripserunt, Appion, Gregorius Nyssenus, Hippolytus, Honorius, Anselmus Cantuariẽsis. Aegidius Romanus, Ambrosius episcopus Mediol. libros 6. Tomo 4. operum eius. Hermannus Schildis, Saluianus librũ 1. Basilius Magnꝰ homilias 11. quas Argyropylꝰ Latine reddidit. Vuolfgangus Capito, Iulius Querceus.

Io. Pici Mirandulæ Heptaplus de opere

ſex dierum, ſeptemplici uaria enarratione compoſitus.
Dracontius cõpoſuit heroicis uerſibus hexameron creationis mundi, Honorius.
De diſtinctione operum ſex dierum, P. Lombardus 2. 12.
De primo diſtinctiõis opere. De luce facta primo die, ſpiritualis ne an corporalis fuerit. Quibus modis accipitur dies. De naturali ordine cõputationis dierum: & de illo qui pro myſterio introductus eſt. De intelligentia horum uerborũ, Dixit Deus. Ex quo ſenſu pater dicitur operari in filio uel per filium, uel in ſpiritu ſancto, Pet. Lombard. 2. 13.
De opere ſecundæ diei, qua factum eſt firmamentum.
Quod cœlum tunc factum debet intelligi.
De qua materia factum ſit.
Quomodo aquæ poſſunt eſſe ſuper cœlum: & quales ſint.
De figura firmamenti.
Quare tacuit ſcriptura de benedictione operis huius diei, Lombard. 2. 14.
De opere tertiæ diei, quando aquæ congregatæ ſunt in unum locum, cum multa ſint maria & flumina.
De opere quartæ diei, qua facta ſunt luminaria.
Quomodo accipiendum ſit illud, Sint in ſigna & tẽpora, Lombard. 2. 14.
De opere quintæ diei, qua facta ſint natatilia, & uolatilia.
De opere ſextæ diei qua creata ſunt animalia, & reptilia terræ.
De uenenoſis & noxijs animalibus.
Vtrum miníma animalia tunc creata fuerunt.
Quare poſt omnia factus eſt homo.
De ſentẽtia illorum, qui ſimul omnia facta eſſe contendunt.
Quomodo intelligẽda ſit requies dei.
Quomodo accipiendũ ſit, quod dicitur Deus compleſſe opus ſuũ ſeptima die, cum tunc quieuerit.
Quomodo omnia facta à Deo dicanť ualde bona.
De ſanctificatione ſeptimæ diei, Lombardus 2. 15.
Adam & Euæ myſtica interpretatio, Cęlius Rhod. 2. 24.
Adam & Euæ allegorica ex Platonicis ſignificatio, Idem 21. 13.
De creatione hominis Greg. Nyſſenus, Dionyſio Romano Exiguo interprete.
Animam eſſe ad totius ſapientiæ imaginem factam, Cæl. 3. 6.
De creatione animæ, an de aliquo facta ſit.
De inſpiratione & inſufflatione Dei: quando facta fuerit anima, an in corpore, uel extra.
In qua ætate factus eſt homo.
Quare homo extra Paradiſum creatus, in Paradiſum ſit poſitus. De Paradiſo, ligno uitæ, & ligno ſcientiæ boni & mali.
De formatiõe mulieris, Lombard. 2. 17.
Quare de latere uiri, et non de alia parte corporis formata ſit.
Quare dormienti uiro & non uigilanti ſubtracta ſit coſta.
Quod de coſta multiplicata in ſe, ſine additamento extrinſeco facta fuerit, Lombardus 2. 18.
Animã mulieris non eſſe ex anima uiri, Ibidem.
De hominis creatione.
Qualis factus ſit homo.
De imagine & ſimilitudine ad quam factus eſt homo.
Quare homo dicitur imago, & ad imaginem: filius uero non ad imaginem, Lombard. 2. 16. (mo 4.
De paradiſo, Ambroſ. Mediolanenſi. Toloachimus Vadianus in Epitome Geographi. copioſe.
De quatuor paradiſi fluminibus, Cæl. 17. 14.
De eiectione hominis de Paradiſo.
Quomodo intelligẽdum ſit illud, Ne ſumat de ligno uitæ & uiuat in æternũ.
De flammeo gladio ante paradiſũ poſito.
An ante peccatum homo comederit de ligno uitæ, Lombard. 2. 29.
De ligno uitæ, Laur. Iuſtinianus, Bonauentura.
De arbore ſcientiæ boni & mali, Aurel. Auguſtin.
Quod non ſoli uiro præceptum fuit datum, Lombard. 2. 21.

De Che

De Cherubim & flammeo gladio, Philo Iud.
De origine peccati Adæ.
De mulieris elatione.
De uiri elatione.
Quis magis deliquerit, uir aut mulier.
De ignorantia excusabili, uel inexcusabili.
An uoluntas præcesserit illud peccatũ, Lombard. 2. 22.
Historiæ quæ ad hominum nomina pertinent, ut de Cain & Abel, Melchisedec, patriarchis, Sara, Noë, Ioseph, &c. uide Titulo 7. circa initium in historijs Biblicis.
De arca mystica, Richardus de S. Victore.
De mystica arca Noë, Hugonis de S. Victore libri 5.
De Noë & arca, Ambros. Mediolanen. Tomo 4. operum eius.
De arca Noë, Tzetzes 6. 80.
De cataclysmo, Aurel. Augustinus, Tomo 9. operum eius.
De emissione cori & columbæ ex arca, Tzetzes 6. 81.
De diluuio mundi, Auitus Vienneñ.
De cataclysmo, siue abluuio: & conflagratione, siue ecpyrosi: Cataractæ cœli ruptæ quæ intelligãtur: demum de columba indice subsidentium aquarum, ex Plutarcho, Cælius 22. 24.
Mira exempla, quæ in montibus & lapidibus hodie uisuntur, unde originem & causas duxerint, Alexander ab Alexandro 5. 9.
Expositio Germanica historiarũ Ioseph per Antonium Coruinũ, in qua præcipue docetur de cruce & exaltatione Christi. De crimine adulterij.
De officio principũ & magistratuum erga Deum & homines. De caritate annonæ, & cur à Deo immittatur. Excusa Argentorati 1541. in 8. apud Cephalæum.

¶ *De scriptis in Exodum.*

Origenis homiliæ 13. Tomo 1. operum eius.
Hippolytus episcopus.
Victorinus Pictauien.
Strabus monachus Fuldeñ.
¶ Eckardus.
Nicolaus de Alsentia Carmelitã.
In Exodum mystice, Henricus de Coſueldia.
Henricus de Hassia iunior.
Ioan. Brentius.
Ioan. Gauuer Carmelita, 1440.
Ioan. Zacharias.
Annotationes in Genesin & Exodum exceptæ ab ore Huld. Zuinglij per Leonem Iudæ & Gaspar. Megandrũ.
Conceptiones Iacobi Ziegleri.
Pauli Constantini Phrygionis commentarius.

¶ *In partes aliquas Exodi.*

De Mose, uide infra Titulo 7. inter Historias Biblicas.
De auro ablato Aegyptijs per Israëlitas, Aur. Augustin. quæstione 53.
De transitu maris rubri, Auitus Viennensis.
Mare Pamphylicum Alexandro Mac. patuisse, ut Mosi rubrum, Crinitus 17. 13.
De ingratitudine edentium manna, Sebastianus Brant.
De manna uide in libro de re Medica, ubi de medicamentis simplicibus.
De 42. mansionibus, Richardus de S. Victore, Hermannus Schildis, Hieronymus Stridonensis Tomo 3. operum eius.
De mansionibus filiorum Israël, Bedæ libri 9.

¶ *In Decalogum.*

Decalogi explicationes in omnibus ferè catechismis sunt, quos supra enumerauimus. Hic nominabimus illos qui eundem extra Catechismos exposuerunt.
R. Aben Ezra Hebraice, & Latine Sebastiano Munstero interprete.
Arnoldi Vesalien sis Exegesis.
De 10. chordis, Augustinus de Anchona, & Aur. Augustinus Tomo 9. operum eius.
(De præceptis Dominicis speculũ Aur. Augustini, Tomo 3. operũ eius. Sunt autem præcepta pie uiuendi ex omnibus utriusq; Testamenti libris secundum librorũ seriem deprompta.

In simili negotio Cyprianus, & apud Græcos nõnulli, maiore ingenio cura & uersati sunt.)
S. Bonauentura. Gosuuinus de Hex.
Henricus de Vrimaria.
Henricus de Herph.
Ioan. Geiler Keiserſp.
Ioan. Gerson, Tomo 2. operum eius.
Præceptorum ioã. Nider doctoris ordinis prædicatorum.
Decalogi diuini enarratio ciuilis per Io. Oldendorpium.
Ioan. Sunneman.
Marci Vigerij Cardinalis decachordũ Christianum.
Martini Lutheri explicatio Germanica.
Nicolaus Dinckelsp.
Pet. Lombardus in Sententijs libro 3. distinctione 37. & 38. & 39.
¶ De lege & decalogo, Io. Caluinus.
De 10. mandatis, quomodò contineantur in duobus, Pet. Lombard. 3. 38.
Distinctio præceptorum legis, Vincentius Bell. 1. 2. 5.
De conuenientia decem præceptorum & plagarum, Aurel. August. Tomo 9. operum eius.
De præceptis Dominicis loci cõmunes 120. Cypriani. Vide paulò superius, in eiusdẽ Tituli libro D. Augustini.
Catalogus omnium præceptorum legis Mosaicæ, cum succincta Rabinorum expositione, Hebraice & Latine excusus Basileæ apud Hen. Petrum.
De non occidendo, Brunfels. in Pandectis libro 9.
¶ De sabbato paucula, Cælius Rhodig. 13. 21.
De sanctificatione sabbati, Conradus Henfel. Vide infra Titulo 5. de Ecclesia, ubi de festis.
¶ De introitu terræ promissionis, Augustinus de Anchona.
De terra sancta, uide supra in Geographicis, libro 11. Tit. 5.
¶ De tabernaculo fœderis, Richard. de S. Victore.
De tabernaculo & uasis, Beda.
De oblationibus Therumoth, Gaon Mehrar.

¶ *In Leuiticum.*

R. Symeon ben Ioachim.
¶ Origenis homiliæ 16. Rufino interprete, qui multa sustulit, multa adiecit.
Cyrilli Alexandrini libri 16.
Hesychius monachus.
¶ Benedictus Stendel.
Ioan. Brentius. Ioan. Zacharias.
Paulus Constantinus Phrygio.
Radulphus Flauiacen̄.
Strabus Fuldensis.
Victorinus Pictauiensis.
¶ De esu agni, sermo Hieronymi, Tomo 4.
De sale fœderis, Paulus Ritius.
An Iudęi colentes suem aut fastidientes, abstineant eius carnibus, Plutarch. Sympos. 4. 5.
De leprarum generibus, sermo Hieronymi Tomo 4.
De uestibus sacerdotalibus, Hierony. Tomo 3.

¶ *In Numeros.*

Origenis homiliæ 26. Tomo 1. operum eius.
D. Hieronymi homiliæ 28.
Benedictus Stendel.

¶ *In Deuteronomium.*

R. Menahem Hakenad.
Benedictus Stendel.
Io. Bugenhagij Pomerani Annotatiões.
Mart. Lutheri Annotationes.

¶ *Pars 5. De scriptis in libros Iosue, Iudicum, Ruth, Samuel, Regum, Esaiam, Hieremiam, Ezechielem. Et 12. prophetas minores.*

¶ *In Historicos libros siue prophetas priores, ut Hebræi uocant, in genere.*

In omnes historicos ueteris Testamenti libros, R. Salomon Iarchus, Thomas de Vio.
In historicos libros sacros commentarij Germanici Cõradi Pellicani. Latinos memorari non opus est hoc loco, cum in uniuersa Biblia scripserit.
In libros usq; ad Esther, inclusiue, Erasmi Sarcerij. Expectantur & in reliquos Testamenti libros eiusdem authoris commentarij.
In libros historicos utriusq; Testamenti poëma Petri de Riga.
¶ Prophetę primi cum Targũ Ionathan, & glossa Dauidis Kimhi. Liber excusus hac

sus hac inscriptione.
Prophetæ priores cum cõmentarijs R. Salomonis Galli Iarchi, & R. Dauidis Kimhi, nempe in libros Iosue, Iudicum, Samuelis & Regum: Editio secunda apud Danielẽ Bambergium.
In prophetas priores cõmentaria Rabinorum Salomonis, R. Dauid Kimhi, & R. Leui ben Gerson. Con. Pellicanus Latina fecit.
Haphtoras, id est, lectio prophetica, quæ sic nominatur, eò quod olim Antiocho authore lectio Biblica cessauerat. Sumuntur hæ lectiones ex Pentateucho, deinde ex libris historicis ac propheticis.

¶ *In Iosue, uel Iesu Naue.*

R. Dauid Kimhi commentarius.
R. Leui ben Gerson.
Homiliæ 26. Diui Hieronymi.
Origenis homiliæ 26. Tomo 1. operum eius.
Procopius Gazæus in Octateuchum.
Stephanus Anglicus.
Rodolphus de Rudeszhem.

¶ *In librum Iudicum.*

R. Dauid Kimhi commentarius.
R. Leui ben Gerson.
Origenis homiliæ 9. Tomo 1. operum eius.
Procopius in octateuchum. Vide qui in omnes historicos libros, &c.
Ioã. Brentius Latine: & Germanice per Hieb Gast, Henricus Steiner excudit Augustæ 1539. in 8.
Claudius monachus.
Stephanus Anglicus.
Rodolphus de Rudeszhem.
De hoc, Super qua ros non cadat, sicut in montibus Gelboë, Tzetzes 10. 308.
De iuuenca ex Basan, Tzetzes 10. 306.

¶ *In Ruth.*

Abraham aben Ezra. R. Salomon.
Claudius monachus. Io. Brentius.

¶ *In Samuelem & libros Regum.*

¶ In Samuelem & libros Regum, R. Dauid Kimhi. R. Leui ben Gerson.
Origenis homilia. Procopius Gazæus: uide qui scripserint in omnes libros historicos, &c.
Eucherij Lugduneñ. libri 4.
Isidorus uterq;. Rabanus.
Gregorius papa, in primum tantum librum, ni fallor.
Io. Bugenhagij Pomerani annotationes in Samuelem, id est, duos priores libros Regum.
Iusti Menij commentarius.
Ruperti Tuitieñ. libri 15.
Stephanus Anglicus.
Angelomus Lexouiensis.
Bedæ in principium regum libri 3.
Bedæ 30. quæstiones in libros Regum.
¶ De regibus, Saule, Dauide, Salomone, &c. uide infra in historijs Biblicis Titulo 7.

¶ DE *Prophetis: & qui in omnes aut plures scripserint.*

Prophetæ qui priores qui posteriores dicantur apud Iudæos, explicatum est supra in diuisione librorũ Biblicorũ.
De uita prophetarum liber 1. Melitonis Asiani.
De prophetarum uita & morte Epiphanij liber Græcus & Latinus, Albano Torino interprete, & Io. Capnione.
De prophetarum ueteris Testamenti dignitate, usu, necessitate, multa leges in præfatione Sebast. Munsteri in secundum Tomum Bibliorum Hebraicorum cum translatione sua & Annotationibus. Ibidẽ subijciuntur quædam excerpta ex Sedar Olam minori, de regibus Iuda & Ierusalem, & sub quibus singuli pphetæ uixerint.
¶ In prophetas posteriores omnes, Targum, R. Salomon Iarchus, R. Dauid Kimhi, & Abenezra.
Liber dictus ἐξακοσιόστιχα προφήτων, continens expositiões in 16. pphetas, Græce extat Romę in Vaticana bibliotheca: & in alia quadam Venetijs.
In prophetas posteriores, Rupertus abbas Tuit.
¶ De quatuor prophetis maioribus, Antoninus Florent. Tit. 3. cap. 5. & tribus sequentibus.
In omnes prophetas (posteriores nẽpe) D. Hierony. Tom. 5. & 6. operũ eius.

¶ *In Esaiam.*

Isaias propheta Hebraice & Græce, cum Latina uersione D. Hieronymi, & altera Seb. Munsteri, & succincto per eundem commentario ex R. Dauid Kimhi collecto. Excusa Basileæ apud Hen. Petri.

In Esaiam Abram aben Ezra: & cõmentarius R. Dauid Kimhi, à Con. Pellicano Latinitate donatus.

¶ Origenis homiliæ 14. Tomo 1. operum eius.

Cyrilli cõmẽtarij Græci in Italia seruant.

Didymi libri 18. Procopius Gazæus.

Eusebij Cæsarien. libri 10.

¶ Hieronymi Stridonen, libri 18. Tomo 3. operum eius iuxta translationem 70. & iuxta ueritatem Hebraicam.

Hippolytus. Beda.

Victorinus Pictauien.

Thomas Aquinas. Ioachim abbas.

Ioan. Oecolampadij hypomnematon libri 6.

Huldrychi Zuinglij translatio, cum annotationibus.

Scholia ex M. Lutheri prælectionibus, secundò edita & aucta.

Conradi Pellicani commentarius in Esaiam Germanicus ad Iudæos.

Nicolaus de Gorran.

Thomas Haselbach.

Michaël Massa.

Rodolphus de Rudesheim.

Giselbertus monachus b. Anselmi audi-

¶ Theodori Bibliandri præfatio. (tor.

De uisione Esaiæ & Ozia rege lepra percusso, Io. Chrysostomi homiliæ 5. Græcę, & Latinæ Des. Erasmo interprete. Tomo 1. operũ eius. Vide supra Tomo 1. 402. b. Eædẽ inter opera Des. Erasmi habentur, Tomo 8.

In Esaiæ loca 3. unum, capite 9. & duo, cap. 42. Ioan. Chrysostomi homiliæ 3. Tomo 2. operum eius, numero 22. 23. & 24. ex 29. incerto interprete.

Esaiæ principium ex Basilio, interprete Des. Erasmo, Tomo 8. operum eius.

Esaiæ primæ uisionis expositio per D. Hieronymum, Tomo 3. operum eius.

Super uerbis Esaiæ, cap. 7. In illa die nutriet homo, Richardi de S. Victore lib. 1.

Enarratio capitis 9. Esaiæ per Mart. Lutherum dictata.

M. Lutheri annotationes in Vaticinium de Iesu puero nato ex nono capite Esaiæ, Io. Lonicerus Latinas fecit.

Viti Theodori expositio Germanica in totum Esaiam, hoc anno 1548. excusa Norimbergæ in 4. chartis 75.

¶ *In Hieremiam.*

R. Dauid Kimhi. R. Salomon.

¶ Origenis homiliæ 4. Tomo 1. operum eius. Theodoretus Cyrẽ.

¶ D. Hieronymi libri 6. iuxta utrãq; editionem. Tomo 3. operum eius.

Eiusdem homiliæ. 4.

Ioachim abbas Calaber.

Thomas Aquinas.

Anselmus Lucensis.

Huld. Zuinglij translatio cum annotationibus.

Io. Oecolampadij cõmentariorũ libri 3.

Con. Pellicani commentarius Germanicus ad Iudæos.

Io. Bugenhagius Pomeranus.

Nicolaus Gorranus.

¶ *In Threnos, id est, Lamentationes Hieremiæ.*

R. Salomon Iarchus, & R. Abrahã aben Ezra.

¶ Theodoretus Cyrẽ.

¶ D. Hieronymi uel Bedæ, libri 3. Tomo 3. operum eius.

Pascasij Ratberti libri 5.

Hugo de S. Victore.

Thomas Aquinas.

Io. Oecolampadij conciones Germanicæ, per Io. Gastium editæ.

¶ *In Ezechielem.*

R. Salomon. R. Dauid Kimhi.

¶ Origenis homilię 14. Tomo 1. operum eius.

Σημασίαι in Ezechielẽ Gregorij theologi.

Theodoreti Cyrensis opus magnũ, Bononiæ ad S. Saluatorem.

Hieronymi Stridonensis homiliæ 13.

Eiusdem in Ezech. iuxta utrãq; editionẽ libri 14. Tomo 3. operum eius.

Gregorij papæ 1. libri 2. quorum homiliæ sunt 22. Inuenio & hunc titulum libri impressi, Homiliæ Gregorij papæ in

pæ in extrema parte Ezechielis.
Victorinus Pictauiensis.
Hugo de S. Victore.
Ioan. Oecolampadij commentarius.
Michaël de Cesena. Ioan. Huss.
¶ De uisione Ezechielis, Richardus de S. Victore.
De domo Ezechielis, Richardus de S. Victore.
Expositio uaticinij de restitutione Israëlis, de instauranda urbe Ierusalem & templo, terraq; diuidenda rursus inter tribus, quod ultimis octo capitib. Ezechielis legitur, per Theodorũ Bibliandrũ, inserta Con. Pellicani commentarijs in Biblia.
Nicolai Cabasilæ obseruatio in uisionẽ Ezechielis, in qua super 4. animalib. throni similitudo, & super throno species hominis, seruatur in Italię bibliothecis.
De ossibus quorũ Ezechiel fuit spectator, Tzetzes 10. 320.
Ezechielis caput 1. explicatum à Io. Oecolampadio: liber Germanice excusus in 4.

¶ *In prophetas 12. minores.*

Vide supra qui scripserint in omnes prophetas, &c.
Abraham aben Ezra.
R. Dauid Kimhi, translatus à Con. Pellicano.
¶ Hesychius Hierosolymita.
Theodoritus Cyrensis Græce, & Latine Petro Gyllio interprete.
¶ D. Hieronymus.
Ruperti abbatis Tuitiensis libri 30.
Stephanus Anglicus.
Remigij Altisiodoren. commentarij in 11. prophetas posteriores.
De prophetis 12. minoribus, Antonin. Florentin. tit. 3. cap. 9.

¶ *In Oseam.*

Theophylactus Græce, & Latine Io. Lonicero interprete.
Pierius Alexandrinus presbyter, Hieronymo teste.
Didymi libri 3. ad Hieronymum.
Cyrilli Commentarius Græcus Romæ extat.
¶ Hieronymi libri 3. Tomo 6. operum eius, fortè ex Didymo translati.
Rufinus Aquileien. Ioan. Huss.
Franciscus Lambertus.
Martinus Lutherus.
Ioan. Oecolampadius.
Vuolfgangus Capito.

¶ *In Ioëlem.*

Hieronymus, Tomo 6. operum eius.
Rufinus Aquileien.
Franc. Lambertus. Io. Dracontes.
Ioan. Oecolampadius.
Io. Rhodophanta. M. Lutherus.

¶ *In Amos.*

Hieronymi libri 3. Tomo 6. operũ eius.
Rufinus Aquileien. Io. Brentius.
Ioan. Oecolampadius.
Amos ex Hebræo in Latinũ uersus per Ioan. Draconitem.
Idem carmine Heroico per Theodorum Reyszman.

¶ *In Abdiam.*

Hieronymus, Tomo 6. operum eius.
Io. Dracontes. Io. Oecolampadius.

¶ *In Ionam.*

Theophylactus Græce, & Latine Ioan. Lonicero interprete.
Hieronymus, Tomo 6. operum eius.
M. Lutheri annotationes, Ioan. Lonicerus è Germanicis Latinas fecit.
Iustus Ionas. Ioan. Oecolampadius.
Petrus Artopœus.
Rupertus abbas Tuitien.
Ionam prophetam Latino carmine reddidit Sebast. Castalio.
¶ De pœnitentia Niniuitarum homilia 1. Maximi Taurinen.
De cucurbita Ionę, Hieronymus Tomo 2. operum eius.

¶ *In Micheam.*

Theophylactus. Hieronymi libri 2. Tomo 6. operum eius.
Rupertus abbas Tuitien.
M. Lutheri annotatiões per Vitũ Theodorum editæ.
Pauli Constantini Phrygionis commentarius.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [66] - 23r
PUBLIC DOMAIN

Theobaldi Billicani Scholia.
Ioannes Oecolampadius.

¶ *In Naum.*

Theophylactus Græce, & Latine, Io. Lonicero interprete.
Hieronymus Tomo 6. operum eius.
Theodorus Bibliander.

¶ *In Habacuc.*

Theophylactus Græce, & Latine, Io. Lonicero interprete.
Oratio Habacuc explicata à Cyrillo.
¶ Hieronymus, Tomo 6. operum eius.
Victorinus Pictauiensis.
Vuolfgangus Capito.
Mart. Lutheri annotationes Germanicas Io. Lonicerus Latine reddidit.

¶ *In Sophoniam.*

Hieronymus Tomo 6. operum eius.
Mart. Bucerus Sophoniam ad Hebraicam ueritatem uertit, & commentario explanauit.

¶ *In Haggæum.*

Hieronymus, Tomo 6. operum eius.
Io. Oecolampadius. Io. Eccius.
Iod. Vuillichius. Vrbanus Regius.
Georg. Vicelius Haggæum Germanice exposuit.

¶ *In Zachariam.*

Didymi libri 5. ad Hieronymum.
Hieronymi libri 3. Tomo 6. operũ eius.
Hippolytus. Io. Oecolampadius.
M. Lutherus.

¶ *In Malachiam.*

Hieronymi liber 1. Tomo 6. operũ eius.
Io. Oecolampadius Latine, & Germanice Lodoico Hetzer interprete: Thomas Vuolfius excudit Basileæ 1526. in 4.

¶ *Pars 6. De scriptis in Iob, Psalmos, Prouerbia, Ecclesiasten, Cantica canticorum, Danielem, Paralipomenon, Esdram, Neemiam, & Hester. Item in libros Ecclesiasticos, Sapientiam, Ecclesiasticum, Iudith, Tobiam, Baruch, Machabæorum libros, & Esdræ tertium & quartum.*

¶ *In Iob*

Iobi historiæ author est Moses, ut multis placet.
¶ Abraham aben Ezra.
R. Leui ben Gerson.
R. Abraham Prizol.
R. Mosse filius Naaman Gerundeñ. Hebraice & Latine Con. Pellicano interprete.
¶ Origenis tractatus 3. Tomo 1. operum eius.
Olympiodori diaconi hypotheses.
Expositiones quædã in librum Iob Græcæ, in Bibliothecis Italiæ.
Didymus Alexandrinus.
Ambrosius Alexandrinus.
De Iob, Ioan. Chrysostomi homilia 5. ex 45. Tomo 2. operum eius, innominato interprete.
De patientia Iob homiliæ quinq, ibidẽ, Lælio Tifernate interprete.
¶ Aur. Augustinus Tom. 4. operũ eius.
Hieronymi libri 3. Tomo 7. operũ eius.
Hilarius Pictauiensis.
Gregorij papæ 1. libri 35. Vide Tomo 1.
Beda. Philippus presbyter.
In Iob ad literam, Thomas de Aquino.
Ioan. Oecolampadij Exegemata.
Iob historiæ magna pars exponitur iuxta ordinem literarum, in Sanctis Pagnini Isagoge ad mysticos scripturæ sensus.
Ioan. Brentius ad Hebraicam ueritatem Iobum transtulit, & cõmentarijs explicauit: Iob Gastius in Germanicum sermonem transtulit. Simon monachus Hasligemeñ. Gregorij moralia abbreuiauit. Thomas de Vio.
Ruperti abbatis Tuitiẽ. libri 10.
Oratio in peste habita, super illud Iob 19. Scio quod redemptor meus uenit, Io. Draconitis.

¶ *De Psalmis quædam in genere. De editionibus eorum diuersis in linguis. De scriptis in Psalmos Hebraice, Græce, Latine & Germanice.*

De usu & usu Psalmorum, opusculũ magni Athanasij, Græce, & Latine Ang. Politiano interprete, & Io. Capnione.
De cantu Psalmorum, Ioan. Gastius ex Augustino. Vide Tit. 5, in Ritibus Ecclesiasticis.

De uir.

De uirtute Psalmorum, D. Hieronymus Tomo 4. operũ eius. Basilius in principium primi Psalmi scribens.

De Psalmorum titulis, Serapion.

De titulis Psalmorum & eorum auctoribus, Christianus Massecu.

Quid adscriberent Hebræi in fine diapsalma, Cælius Rhod. 15. 20.

De psalmorum Dauidicorum usu, Ioannes Chrysostomus Tomo 2. operum eius.

De psalmorum authoribus, uide supra Tomo 1. nostro, in Dauide.

¶ Psalterium octuplex Augustini Iustiniani, Hebraice, Chaldaice, Arabice, & Græce, cum Latina interpretatione communi, & duabus alijs, quarũ una Hebraicum, altera Chaldaicum textum reddit: octaua columna annotationes continet.

Psalterium sextuplex: Hebræum, cum tribus Latinis, scilicet D. Hieronymi, Sanctis Pagnini, & Felicis Pratensis. Græcum 70. interpretum, cum Latina uulgata, Sebast. Gryphius excudit Lugduni 1530. in 8.

Psalterium Hebraicum excusum in 16. Venetijs, Basileæ apud Frobenium, & Parisijs apud Rob. Stephanum.

Petrus Artopœus edidit Psalterium tribus linguis Hebraica, Græca, & Latina è regione positis. Quarta columna annotatiunculis & diuersæ lectioni seruit.

Psalterium Aethiopicis characteribus, sed lingua Chaldaica, Io. Potken edidit, uide Tomo 1.

Extat etiam literis Indicis scriptũ, ut audio, Psalterium.

¶ Psalterium Græcum argenteis & deauratis literis in corticibus cõscriptũ, in cœnobio insulæ lacus Constantiensis seruari audio.

Idem seorsim excusum est Argentorati in 16. apud Cephalæum, anno 1528.

Græcam metaphrasin heroico carmine, Apollinaris & aliorum, in Italia uidi apud Arnoldum Arlenium Paraxylum.

¶ Iacobus Faber Stapulensis edidit Psalterium quintuplex, Gallicum, Romanum, Hebraicũ, Vetus, Conciliatũ: excusum Haganoæ 1504. Vide Tomo 1.

Psalterium ordinatum & emendatum, Hieronymi Stridonen̄. Tomo 3. operum eius.

Psalterium D. Hieronymo interprete seorsim excusum Moguntiæ & alibi.

De resurrectione, uide infra ubi de præmissis.

Contra præsumentes calculare & determinare diem nouissimum, quæstio 11. na ex tribus determinatis Erfordiæ 1486. impressis Memmingæ in 4.

Dicentes mundum nõ mutari in aduentu Christi, Ph. 3. 33. uide infra de Mundo.

¶ De spiritu sancto.

Spiritum sanctum creaturam esse dicũt Macedoniani uel Pneumatomachi, quos & Semiarianos aliqui uocant, alij alijs hoc nomen tribuunt, A.

Idem dicunt Origeniani Adamantij, quos tamen aliqui excusant, A. Item hęresis innominata 71. apud A. & Ph. 3. 39.

Pneumatomachi concurrunt cum Arianis, B.

Ariani spiritum sanctũ impugnant, B. Vide supra parte 2.

Aliqui perhibent Macedonianos asserere spiritum sanctum, non esse Deum, neq; propriam habere substantiã, sed nihil q̃ deitatem patris, & filij esse, A.

Contra Græcos de Spiritu sanct. Crisolanus Mediolan. episcopus. De Spiritus sancti processione Græcorũ & Latinorum aduersaria scripta uide supra Titulo 3. Parte 4.

Petrus de Arragonia docebat quod Iesus uenisset in mundum ad aperiendum uias Saluatoris, qui esset Spiritus sanct. non ipse Iesus, B. b.

Aduentũ Spiritus sanct. à Domino promissum, in se potius quàm in apostolis fuisse asserunt redditũ Cataphryges: & Manichæi in hæresiarcha suo Manichæo, A.

Spiritum sanct. paruum quendam hominem montanũ credunt Bonosiani, B.

¶ De *effectibus* Dei, *gratia*, *prouidentia*.

Dei gratiæ qua prædestinati sumus in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum: & qua eruimur de potestate tenebrarum, ut in eum credamus atq; in regnum ipsius transferamur, Pelagiani in tantũ inimici sunt, ut sine hac posse hominem credant facere omnia diuina mandata. Increpatus à fratribus Pelagius quod nihil tribueret adiutorio gratiæ Dei ad eius mandata facienda, correptioni eorũ hactenus cessit, ut non eam libero arbitrio præponeret, sed supponeret, dicens: ad hoc eam dari hominibus, ut quæ facere per liberum iubentur arbitriũ, facilius possint implere per gratiam: quasi & sine gratia possent, sed difficilius. Gratiã dei non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis præcedentibus meritis à deo acceperit nostra natura: ad hoc tantũ ipso adiuuante per suam legem atq; doctrinam, ut discamus quæ facere & quæ sperare debeamus: non autem ad hoc per donum Spiritus sancti, ut quæ didicerimus esse facienda faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur: charitatem autem dari negant, qua pie uiuitur. Gratiam Dei qua liberamur ab impietate secundum merita nostra dari contendunt Pelagiani.

De natura & gratia contra Pelagianos, Aur. Augustinus.

De gratia Dei ad Donatum, Cyprianus Carthag.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [278] - 129r
PUBLIC DOMAIN

Philotheus patriarcha Cõstantinop. contra philosophum Gregorã de diuina operatione & gratia, Græce.

Prædestinati, quod nec pie uiuentibus bona opera prosint, nec impijs obsit improbitas, necessaria existente prædestinatione, B.

De indurationne Pharaonis nõ recte sentientes, Ph. 3. 77.

Dicentes malos reges & pseudoprophetas, non à sua fieri & uenire uoluntate, sed Dei iussione immitti, Ph. 3. 53. Vide infra ubi de malo & peccato in genere.

Offendũtur aliqui quod Deus non uno modo semper locutus sit, sed diuersis modis & linguis, Ph. 3. 87.

¶ *Mundi innumerabiles: à quo creatus mundus.*

Mũdos esse infinitos & innumerabiles, hæresis innominata, Ph. 3. 65. A. 77. ibidem in margine Opheorum nomẽ adscribitur, quod in textu non est.

De natura rerum multa fabulosa confinxit Valentinus.

¶ Deum non fecisse mundum, Simon magus.

Mundum à natura boni, hoc est à natura Dei factum confitentur quidem Manichæi, sed de commixtione boni & mali, quæ facta est cum inter se utraq; natura pugnauit, A.

Mundum istum uel hominem non credunt à deo factum, sed à trecentesimo sexagesimoquinto cœlo, Basilidiani.

Creaturam non Deo tribuunt, sed quibusdã potestatibus, quas mirabili uel fingũt uanitate, uel credũt, Nicolaitę.

Vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse principum dicũt, Archontici.

Mundum non à Deo factum, sed à quibusdam uirtutibus, Carpocrates.

Mundum ab angelis factum, Cerinthiani, & Menandriani, A.

Mundum solos angelos septem præter conscientiam Dei patris fecisse, Saturninus.

Diabolum genitum de tricesimo sæculo (totidem enim sibi sæcula fingit) & à diabolo alios natos qui fecerint hunc mundum, Valentinus.

Mundum istum à malígno príncipe factum, hæresis quædam apud A. nomen non memini.

Omnis carnis opificium malígnis angelis tribuunt, Priscillianistæ.

¶ Quod Deus est anima mundi, Almariani, B.

Aquam Deo coæternam fuisse, hæresis innominata 75. apud Augustinum, & Ph. 3. 48.

Hunc mundum etiam post resurrectionem mortuorũ in eodem statu, in quo nunc est, esse mansurum: neq; ita esse mutandum, ut sit cœlum nouum, & terra noua, sicut sancta scriptura promittit, hæresis innominata apud Philastrium, & Augustinum 67.

Deum esse materiã primam, Dauid de Dinanto.

Malum esse asserunt aliquando à Deo, aliquando à materia, Seleuciani.

Elementorũ materiam de qua factus est mundus, non à Deo factam, sed Deo coæternam, Seleuciani dicunt.

Quinq; elementa, quæ genuerunt príncipes proprios, genti tribuunt tenebrarum: ea nominant, fumum, tenebras, ignem, aquam, uentũ. In horum alijs alia animalium genera nata esse. His alia quinq; opponunt elemẽta de regno & substantia Dei missa, aërem, lucem, ignem bonum, aquam bonam, uentum bonum. Lunam factã ex bona aqua, solem ex igne bono, &c. Manichæi.

Dicentes hanc solam esse terram, & non aliam, Ph. 3. 47.

Animam ex elementis cõstare, Ph. 3. 75.

Terræmotum non Dei iussu & ira fieri, sed natura ipsa elementorũ, Ph. 3. 54.

De corpusculis æthereis & aëreis Origenis opinio, Cælius Rhod. 2. 15.

Creatores animarũ esse angelos uolunt, de igne & spiritu, Seleuciani.

Ambigentes de cœlorũ diuersitate, uel unum tantum putantes, Ph. 3. 46.

Cœlos esse 356. unde nomen eis sanctũ Abrasax: & à cœlo 65. mundum hunc factum & hominem, Basilidiani.

¶ Stellas infixas esse in cœlũ: non de locis absconditis & à Deo dispositis iussu diuino repẽte procedere, Ph. 3. 82.

Solem

Solem & lunam adorant Manichæi.

Quicquid undiq; purgatur luminis per quasdam naues, quas esse lunã & solem uolunt, regno Dei tanquam propijs sedibus reddi: quas itidem naues de substantia Dei pura perhibent fabricatas: lucemq; istam corpoream in quibuscũq; lucidis rebus Dei dicunt esse naturam, &c. Manichæi.

Syderum diuersa nomina secundũ ethnicos facientes, Ph.3.55.

Nomina dierum à 7. planetis dicta à Deo posita esse ab origine mundi, non hominum uana præsumptione nuncupata, Ph.3.64.

Fatalibus stellis homines colligatos, ipsumq; corpus nostrum secundũ duodecim signa cœli esse compositum, ut mathematici etiam aiunt, constituentes in capite arietem, &c. Priscillianistæ.

Fato ascribunt conuersationes hominũ, Bardesanitæ.

Asserunt aliqui secundum 12. zodea nasci homines secundũ mathematicos, Ph.3.72.

Vitam hominum & generationem in septem siderib. consistere, Colorbasus.

¶ Herbas atq; arbores sic putant uiuere Manichæi, ut uitam quæ in illis est, sentire credant, & dolere cum læduntur: hinc agrum spinis non purgant, & agriculturam ceu plurium homicidiorũ reã damnant. Suis tamẽ auditoribus hæc ignosci putãt, quia præbẽt inde electis suis otiosis alimenta, &c.

De animæ humanæ migratione uel metempsychosi in animalia quælibet bruta, & in plantas, uide inferius ubi de anima.

Dicẽtes animalia ratione prædita ut homo est, Ph.3.52.

Porcam cum suis porcellis uideri exire de ore hominis quando purgatur, ridicula fabula Manichæorum.

¶ *De spiritibus & angelis in genere.*

Origenis opinio de corpusculis æthereis atq; aëreis, Cælius Rhod. 2. 15.

Angelos colunt Angelici.

De principatibus & potestatibus multa uanissima fabulantur Sethiani.

Barbara quędam principũ nomina usurpant, quibus terreant auditores, quæ prudentibus risum potius faciunt q; timorem, Nicolaitæ.

Principum uel angelorum nominibus terribilibus infirmas animas capiunt Gnostici.

Principũ quibus uolunt nominibus doctrinam suam inflant, Seueriani.

Mundum ab angelis factum, uide supra in Creatione mundi.

Creatores animarũ esse angelos uolunt de igne & spiritu, Seleuciani.

Quod angeli miscuerint se cum fœminis ante diluuium, & inde natos esse gigantes, Ph.3.59.

Animas per septem cœlos per quosdam gradatim principatq; in terras descendere, &c. Priscillianistæ.

¶ *Boni angeli. Aeônes, id est, sæcula.*

Cherubin & Seraphin in Esaia non intelligentes, Ph.3.101.

Esaiam ab uno ex Cherubin de forcipe accepisse carbonem, & mundatũ esse non intelligentes, Ibidem 102.

Quod Melchisedec magna sit Dei uirtus, Ph.3.5. Vide superius ordine 2. in mentione Geneseos.

Valentiniani, à Valentino quodam Platonico, æônas in origene Dei creatoris inducunt, &c. A.

Aeônas, id est, sæcula 30. extitisse, quorũ principium sit profundũ et silentium: profundũ etiam patrem appellat. Ex quibus duobus uelut ex cõiugio processerint intellectus & ueritas, & in honorem patris protulerint æônas 8. De intellectu & ueritate uerbum & uitam processisse, & protulisse æônas 10. Porrò de uerbo & uita processisse hominem & ecclesiam, & protulisse æônas 12. Itaq; 8. & 10 & 12. fieri 30. æônas, Valentinus, A.

Aeônas quatuor & alios quatuor asseruit Ptolemæus Valentini discipulus, A.

De æônibus simile aliquid Valentino Marcus quidam affirmauit, A.

Sæculorum fabulosas quasdam prolationes etiam Tatiani sapiunt, A.

¶ *Spiritus uel angeli mali.*

Deum creasse mala, nempe naturas & substantias malas, Floriniani, A.

Animas sceleratorum post mortem conuerti in dæmones, & in quæcunq; animalia meritis earum congrua existimantes, Tertulliij, A. 78. Tertulliorum nomẽ in margine tantũ adscribitur. Eandẽ tamen opinionẽ alibi Tertulliano adscribit A. Ph. 3. 73.

Animas à cœlis in terras descẽdentes in malignum principẽ incurrere, & ab eo per diuersa carnis corpora seminari, Priscillianistæ.

Substantiam carnis humanæ à diabolo conditam, Patriciani, A.

Inferiores partes humani corporis à diabolo factas, Paterniani, uel Venustiani, A.

Mundum à malis angelis factum, uide supra in Creatione mundi.

Vinum non bibunt Seueriani, de sathana & terra id natum persuasi, A. Eodem abstinent Manichæi, dicentes fel esse principum tenebrarum, A.

Quinq; elementa, quæ genuerunt principes proprios genti tribuũt tenebrarum, &c. Manichæi.

Deum qui legẽ per Moysen dedit, & in Hebræis ꝓphetis locutus est, non esse uerum deum, sed unum ex principibus tenebrarum, Manichæi.

Origenis opinio de restituendis dæmonibus, Cælius Rhod. 2. 15.

De uniuersæ rationalis creaturæ (id est, impiorum etiam hominum & dæmonum) purgatione & liberatione: ac rursus post longum tempus ad eadem mala reuolutione, idq; uicibus ꝓpetuò repetitis, Origenis Adamantij error ne à defensoribus quidẽ eius excusari potest, A.

De principio malo, quod Deo & bono principio coæternum posuerunt Manichæi, uide supra ubi de Deo & duobus principijs.

Peccatorum originẽ substantiæ tribuũt gẽtis aduersæ, quam dogmatizantes esse hominibus mixtam, omnem carnem malæ mentis Deo coæternę perhibent esse opificium, Manichæi.

Paganitatem à Deo institutam, non ab hominum malignitate & suggestione inimici, Ph. 3. 60.

Dæmonum inuocatores, B. in Magici. De magia, quæ & ipsa ad uim dæmonum pertinet, uide supra Parte 2. in M. & infra ubi de iniustitia erga deũ.

Satanã orãt ne eis noceat, Sataniani, E.

Principatus & potestates quibus peccata placent, non aliter euadi atq; transiri, ut liceat ad cœlum superius peruenire, nisi omni turpi oratiõe & adinuentione peccati commissa, Carpocrates docebat, A.

Phantasma (quod aliâs Christum, aliâs Paulum se dicebat) pueri specie Philumenæ puellæ apparebat: Ab hoc phantasmate & puellæ diuinationib. Seuerus scisciтans, eadẽ solebat se audientibus referre, A.

¶ *De homine, corpore eius, &c.*

Vide supra Ordine 2. huius Partis in Genesi, ubi de Adamo.

Corpus hominis, non animam, esse imaginem Dei, hæresis innominata apud A. 76. In margine adscribitur Melitoniorum nomen.

Corpus hominis ante factũ fuisse, & non animam: & illud imaginem Dei esse, non hanc, Ph. 3. 49. Imaginem Dei in homine non recte accipientes, Ph. 3. 86.

Substantiam carnis humanæ non à deo, sed à diabolo conditam dicunt Patriciani: eamq; sic fugiendã & detestandam putant, ut quidam eorum perhibeantur, etiam morte sibi illata carere carne uoluisse, A.

Inferiores partes humani corporis non à Deo sed à diabolo factas opinantur Paterniani uel Venustiani: & omniũ ex illis partibus flagitiorum licẽtiam tribuentes, impurissime uiuunt, A.

Paganos naturaliter nasci, non Christianos: id est, rerũ natura corpus & animam hominis non à Deo per Christũ creari quotidie, sed per uanitatem paganam ita progredi arbitrantes, Ph. 3. 62.

Paruuli, uide infra in peccato originali.

Ad regnum cœlorum nõ pertinere paruulos dicunt Heraclitæ: quia non sint eis merita

eis merita ulla certaminis quo uitia superentur, A.

Mulieribus tantum principatū dant Pepuziani, ut sacerdotio q̃p apud eos honorentur, A.

Quod angeli miscuerint se cum fœminis ante diluuium, & inde natos esse gigantes, Ph.3.59.

Hominum uitam & generationē & conuersationem fato & stellis adscribentes: Vide superius ubi de stellis.

¶ De linguis & earundē diuersitate ambigunt, Ph.3.56.

Nomen linguæ (siue sermonem quo colloquimur) de Iudæis primum processisse, alij de Paganis, &c. Ph.3.57.

¶ De *anima*.

Animam immortalem quidem, sed effigiatum corpus esse contendit Tertullianus.

Dicentes animam inspirationē esse, non inspiratione in animam datam fuisse, Ph.3.50.

Creatores animarū esse angelos uolunt de igne & spiritu, Seleuciani.

Dicentes animam non factam esse à deo, sed antea intellectum uocatam in cœlo fuisse, Ph.3.51.

Animas ad agonem quendā spontaneū in terris exercendum per septem cœlos & per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignū principem incurrere, & ab eo per diuersa carnis corpora seminari, Prisciliani. stæ, A.

Animæ statum per traducem propagari credidit Tertullianus, A.

Animam ex transfusione generari dicunt, eandemq̃ & de carne, & carnis esse substantiam, Luciferiani.

Corpus & animam hominis non à Deo per Christum creari quotidie, sed per uanitatem paganam ita progredi arbitrantes, Ph.3.62.

Animas bonas, quas censent ab animarum malarum naturæ scilicet contrariæ commixtione liberandas, eius cuius Deus est esse naturæ, Manichæi.

Animas eiusdem naturæ atq̃ substantiæ esse dicunt cuius est Deus, Priscillianistæ.

Animarum substantiam dei naturā esse dicunt Gnostici, earumq̃ aduentum in hæc corpora cum alijs aëreis animabus fieri, per quas peccata in corporibus cōmittuntur: Nam illas animas quæ ex Dei procedunt substantia, reuerti ad Deum immaculatas, A.

Corpus hominis, non animam esse imaginem Dei, uide paulò ante, ubi de corpore.

Animas cum corporibus mori atq̃ dissolui, in fine sęculi utrūq̃ resurgere, Arabici quidam hæretici, A. 83.

Animam perire, Athoici, B. b. fortè Athei.

De purgatione animarum nescio quam ridiculam fabulā Euchitas aliqui narrare aiunt, porcam scilicet cum porcellis suis uideri exire de ore hominis quando purgatur: & in eum uisibili similiter specie, ignem qui non comburat intrare.

Iacobus Syrus, duas animas esse in homine, unam in sanguine qua animatur corpus, alteram spiritualem & rationalem, B.

De duabus animab. contra Manichæos, A. Tomo 6.

Animas uel mentes duas unam bonam, alterā malā, in uno homine conflictū inter se habere aiunt Manichæi, &c.

¶ Manichęi animas auditorum suorum in electos reuolui arbitrantur, aut feliciore compendio in escas electorum suorum, ut iam inde purgatæ in nulla corpora reuoluantur: Cæteras autem animas & in pecora redire arbitrantur, & in omnia quæ radicibus fixa sunt atq̃ aluntur in terra, A.

Animas hominū pessimas post mortem in dæmonem uerti, Tertullianus.

Sceleratorum animas conuerti in dæmones & in quæq̃ animalia meritis suis congrua, hæresis innominata, A. 78. In margine Tertulliorum nomen adscribitur. Animas sceleratorū transire in dæmones, pecudes, bestias, & serpentes, Ph.3.73.

¶ De libero arbitrio, Albertus Pighius contra Caluinum. Vide superius in Gratia Dei ubi de Pelagianis. De fato etiā & stellarū ui superius dictū est.

Malitiam non arbitrio tribuit, sed naturæ mundi, quã à genere diabolico factam putat, Valentinus.

¶ *Ordo 4. de uirtutibus & uitijs moralibus & theologicis: deq; præmijs & pœnis.*

Merita nostra, uide in Gratia Dei supra, ex Pelagianorum sententia.

Ad regnum cœlorum nõ pertinere paruulos dicunt Heraclitæ: quia nõ sint eis merita ulla certaminis quo uitia superentur, A.

Genere uitæ quo uiuunt electi & sancti inter ipsos, Dei substantiam purgari putant Manichæi.

Vitam iustorum in hoc sæculo nullum omnino habere peccatũ, & ecclesiam Christi ita hic perfici ut omnino sine macula & ruga sit, Pelagiani.

Errorẽ de impeccãtia sparsit Gronio, B.

De natura boni contra Manichæos, A. Tomo 6.

Omnia bona fieri debere ex puro amore, non aliam ob causam, neq; spe metus, Burgandrius de mõte Falcone, B.

¶ Malitiam non arbitrio tribuit, sed naturæ mundi, quàm à genere diabolico factam putat, Valentinus.

Malum aliquando substantiã malam significat, ut dæmonem uel hominem impium: aliàs peccatum, aliàs peccati pœnam: de dæmonibus & pœnis alij loci sunt: peccati tantum significatio huc pertinet.

Malum esse asserunt, aliquando à Deo, aliquando à materia, Seleuciani, A.

Deum nõ facere mala, id est, pœnas, Coluthiani, A.

Deum creasse mala, nẽpe naturas & substantias malas, Floriniani, A.

Paganitatem à Deo institutã, non ab hominũ malignitate & suggestione inimici, Ph. 3. 60.

Dicentes malos reges & pseudoprophetas, non à sua fieri & uenire uoluntate, sed Dei iussione immitti, Ph. 3. 53. Vide superius ubi de prouidentia.

Peccatorum originem non libero arbitrio uoluntatis, sed substantiæ tribuũt gentis aduersę, quam dogmatizantes esse hominibus mixtam, omnem carnem non dei, sed malæ mentis perhibent esse opificium, quam deo coæternam faciunt, Manichæi, A.

De duabus animabus bona & mala in quolibet homine uide paulò superius ubi de anima.

Omnia peccata æqualia esse, Athoici, B. b. fortè Athei, aut potius Stoici.

Omnia peccata paria esse dicebat Iouinianus, nec posse peccare hominẽ lauacro regenerationis accepto, A.

Animarum substantiam dei naturã esse, earũq; aduentũ in hęc corpora cum alijs aëreis animabus fieri, per quas peccata in corporibus cõmittuntur: Nam illas animas, quæ ex Dei processerunt substantia, reuerti ad deum immaculatas, Gnostici, A.

Paruulos sine ullo peccati originalis uinculo aut contagio nasci, Pelagiani, A.

Peccatum originale non agnoscunt, sed substantiam uolunt esse contrariã nobis adhærentem, &c. Manichæi.

Vsq; adeò bonis moribus inimicus fuisse fertur Eunomius, ut asseueraret nihil cuiquam obesse quorumlibet perpetrationem ac perseuerantiam peccatorum, si huius, quæ ab illo docebatur, fidei particeps esset.

Suriani uitæ improbæ, B.

Principatus & potestates quibus peccata placent nõ aliter euadi, ut liceat ad cœlum superius peruenire, nisi omni turpi oratione & adinuentione peccati commissa, Carpocrates, A.

Priscillianistæ propter occultandas contaminationes & turpitudines suas habent in suis dogmatibus & hæc uerba, Iura, peiera, secretum prodere noli, A.

Iudæ traditionem commendant Caiani. Eidem Core, Dathan, & Abiron, & Sodomitas colere perhibentur, A.

De dæmonum & impiorum hominum liberatione, ac rursus post longũ tempus ad eadem mala reuolutione, Origenis error, A.

De abusibus Christianorũ, Ambrosius Taruisinus.

¶ *De iustitia erga Deum.*

Fidem in persecutione negandam, & in corde seruandam, Elcesaitæ.

De fide

De fide contra Manichæos, A. Tomo 6.
De orthodoxa fide contra Palamân liber Græcꝰ, Romæ in Vatic. biblioth. Sed non opus est multa hic coacerua-ri. Maxima enim pars scriptorũ contra hæreticos, contra fidem ipsorũ est: quamuis libri aliqui peculiariter de fide contra quosdam hæreticos inscribuntur, qui non totam illorũ religionem, neqꝫ quamlibet eius partem, sed fidem ipsorum in Christum maxime & trinitatem aberrare, ostendunt: ut in præsentia conſicio.
¶Non orandũ esse uoce, sed mente tantum, Turilupini, B.
Melitiani nolunt orare cum conuersis, id est, eis qui in persecutione ceciderant, A.
Hieroboamitæ contemptis ecclesijs persuadent hominibus orare in locis nõ sacratis, B.b.
Euchitæ tantum orant, ut eis qui hoc de illis audiunt, incredibile uideatur, A.
Orationes quas facit ecclesia siue pro infidelibus & doctrinæ Dei resistentib. ut conuertantur: siue pro fidelibus ut augeatur eis fides, & perseuerent in ea, destruunt Pelagiani: & hæc non à Deo accipere homines, sed à seipsis habere contendunt, gratiam Dei qua liberamur ab impietate dicentes secundum merita nostra dari, A.
Iuramentum in omni casu esse illicitum, Pseudoapostoli, B. b.
¶De imaginibus sanctorũ, earumꝫ honore & cultu, uide paulò post ordine 5. De idolis uero deorum gentilium & aliarum rerum, statim hic in Iniustitia dicetur.

¶*De iniustitia, & primum erga Deum.*

Thenisus blasphemat Dominum, & apostolos, & san. ecclesiam, B.
De blasphemijs Manichæorum, A. epistola 74.
¶De maleficis, Ioan. Trittemius. Vide parte 2. huius Tit. in M. litera.
¶Magici, B. Vide supra ibidem.
Marcus quidam de stirpe Basilidis Gnostici magicis artibus imbutus, hæretice baptizabat homines, &c. B.
Simoniani à Simone mago, B. Vide supra Parte 2. in Simone.
Saturniani à Saturnino Simoniacæ sectæ, B.
Priscillianum adiuuit Galla dicta mulier maga, B.
Miraculum Philumenes (Seueri comitis puellæ, cui phantasma quoddam pueri specie uisendum se præbebat) In angustissimi oris ampullam uitream panem grandem immittebat, quem rursus extremis digitulis leuabat illęsum, eoꝫ solo quasi diuinitus sibi cibo dato contentam se aiebat, A.
Vide infra in Eucharistia de colubro incantato.
¶Idololatria, Brusonius 3. 18.
Cõtra idololatriam, Cypriani libellus ad Fortunatum.
De idolorum uanitate, Cyprianus.
De idolis deletis per imperatorem Theodosium, Antoninus Florentinus Tit. 9. cap. 8.
Execratio idololatriæ, A. epistola 42. & 202.
De gentilibus & scriptis aduersus eos dictum est superius parte 3. Credibile est autẽ in plærisqꝫ aduersus illos scriptis idola & idololatriam taxari.
De imaginibus sanctorum, uide mox Ordine 5.
Cain honorant Caiani, dicentes eum fortissimæ esse uirtutis, A.
Iudæ traditionem commendant Caiani: ijdem Core, Dathan, & Abiron, & Sodomitas colere perhibentur, A.
Sethiani colunt Seth filium Adæ, dicentes eum de superna matre natũ, quam perhibent cõuenisse cum superno patre: unde diuinum semen aliud nascere tur tanquam filiorum Dei, A.
Quicquid agant, præfantur in nomine Dei & trium beatorum regum, Maronini, B.
Ab his quæ idolis imolantur cibos suos non separant, & alios ritus gentilium superstitionum non auersantur, Nicolaitæ, A.
Baalamitæ & similes eis Luciferani, idolothyta comedunt, B.
Quare idolum, nihil esse in mundo dicatur, Lombardus 3. 37.
De uanitate idolorũ, Cyprianus Carth.

Contra idola, sermones Athanasij.
Elcesæos à se dictos decepit Elci quidam pseudopropheta: ex cuius genere duæ mulieres tanquam deæ ab eis feruntur adoratæ, A.
Colentes Moloch & Rempham idola, et alia, Ph. 1. 18.
Bahalitæ idololatræ, Ph. 1. 16.
Fortuna cœli, Ph. 1. 15.
Iouem se esse, meretricem suam Mineruam, Simon magus.
Imagines Iesu, & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ colebat adorando incensumq; ponendo Marcellina Carpocratis sectæ socia, A.
Orationes faciunt ad solē per diem quà qua uersum circumit, Manichæi: ad lunam per noctē, si apparet: si autem non apparet, ad Aquiloniam partem, qua sol cum occiderit ad oriētem reuertitur, stant orantes, A.
Heliognosti solem colunt, Ph. 1. 10.
Ranarum cultores, Ph. 1. 11.
Musoritæ mures colunt, Ph. 1. 12.
Muscaaccaronitæ muscas colūt, Ph. 1. 13.
Puteoritæ, puteos colunt, in altū fodientes, Ph. 1. 19.
Quicquid mane prius eis occurrerit, reputant deum Cumanorum quidam, B.b. Item Viuitarij quod eis primò occurrit qualibet die, uenerantur ut deum suum pro illa die, & fingunt se Christianos, B.
Idololatriæ taxantur apud Ph. Ophitæ 1. 1. Troglodytæ 1. 14. Astaritæ 1. 17. Item Cumani, B.b.
Basilides alius episcopus idololatra, B.b.
Martialis alius episcopus idololatra & paganus, B.b.
¶ Fabulas quasdam hæreticorū hic memorabimus, non quidem omnes, nec mendacia hæreticorum omnia, alioquin hæreses ipsæ integrę omnes huc adscribendę essent: sed illas præcipue, quæ ut superstitionem habēt insignē, ita non pietati solum sed omni planè rationi repugnant, & prorsus ridiculæ sunt. Reperiuntur & in Iudæorū cōmentarijs figmenta quædā & somnia, ridicula magis quàm impia: quale est von gsaltznem fisch.
Hæretici aliqui uel in uno tantum uel paucis erroribus à catholica ecclesia discedunt: alij (fabulones uocat) fabulas uanas easdēq; longas perplexasq; contexunt, tam multis falsis dogmatibus pleni, ut ipsi quoq; illa numerare nō possint, aut difficillime possint, A.
De confictis principum & angelorum nominibus, dictum est supra.
Ridicula est Euchetarum fabula, de porca cum porcellis suis ex ore hominis, quādo anima eius purgatur uisibiliter exeunte, & igne, qui non urat, intrante, A.
Superstitiosæ & deliræ fabulę Manichęorum longiores sunt quàm ut breuiter hic comprehendi possint, A.
De mundo quædam fabulosa narrant, Nicolaitæ, A.
Fabulosa multa cōfingunt Gnostici, A.
Libro fabuloso, quem uocāt Secreta Petri, utuntur Copti, B.
Sebatiani somnia obseruant, B.
¶ Sarrabaitæ, monachi in Aegypto, hypocritæ, B.
Priscillianistæ propter occultandas contaminationes & turpitudines suas habent in suis dogmatibus & hæc uerba, Iura, peiera, secretum prodere noli, A.
Per mortes uarias, maxime præcipitiorum & aquarū & ignium seipsos necare consueuerunt Circumcelliones: & in istum furorem alios quos potuerint sexus utriusq; seducere, aliquando ut occidantur ab alijs, mortem nisi fecerint comminantes, A.
Substantiam carnis humanæ à diabolo conditam, Patriciani: eamq; sic detestandam putant, ut quidā eorum perhibeantur etiā morte sibi illata carere carne uoluisse, A.

¶ *Scientia.*

Scientiæ excellentiā sibi usurpant Gnostici, cum omnibus sint uaniores atq; turpiores, A.

¶ *Temperantia, & intemperantia.*

Ieiunium quarti, quinti & septimi, &c. in Zacharia non recte accipientes, Ph. 3. 102.
Virginitatis defensio contra Iouinianū, Hieron.

Hieronymus Strid. Tomo 2.
Castrant seipsos & hospites suos Valesiani, A.
¶Carnalē concupiscentiā, qua caro concupiscit aduersus spiritum, non ex uitiata in primo homine natura nobis ineſſe infirmitatē, sed substantiam uolunt esse contrariā, sic nobis adhærentem, ut quādo liberamur, separetur à nobis, & in sua natura etiam ipsa immortaliter uiuat, &c. Manichæi, A. Vide ubi de anima superius.
Inferiores partes humani corporis à diabolo factas, Paterniani: & omniū ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissime uiuunt, A.
Amatoria carmina studiose discunt, Basilidiani, A.
De nulla re naturali erubescendum esse, Turilupini, B.
Mille annos post resurrectionem in terreno regno Christi, secundum carnalis uentris et libidinis uoluptates futuros, Cerinthiani unde & Chiliastæ dicti, A.
Operantur quandam turpitudinem, Archontici, A.
Opera turpitudinis Seuandriani ad Valentini sectam adiungunt, A.
Animia turpitudine quam in suis mysteriis exercere dicuntur Gnostici, borboritæ à nonnullis uocantur, A.
Priscillianistæ occultandas contaminationes & turpitudines exercent, A.
Turpis operationis sunt Origeniani, nefanda faciētes, sua corpora corruptioni tradentes, A.
Quod angeli miscuerint se cū fœminis ante diluuium, & inde natos esse Gigantes, Ph. 3. 59.
Seminis emissione diuinam substantiam in eis captiuā liberari, Manichæi, A.
Verba in Salomone, 60. reginæ, & 80. concubinæ, & iuuenculæ quarū numerus nō est, carnaliter accipientes, Ph. 3. 98.
Dulcinistæ in omnē luxuriam proni, B.
Fœminis indifferenter utebantur, Nicolaitæ, Simon magus.
Promiscua libido Gruhenheimeriorum, uide supra parte 2. in G.
Vide quædam infra ubi de matrimonio.

¶ *Ignauia. Inconstantia. Paupertas.*

Monachis sustentandę uitæ sue causa aliquid operari non licere, Euchetæ, A.
Labores fugiunt, Sebatiani.
Echibos sophista Constantinop. ex Christiano pagan9, & rursus Christian9, B.
¶Vuilhelmus de S. Amore librū scripsit contra mēdicantes monachos, cōcludens hominē non posse saluari in tali statu, & paupertatem habitualem esse licitam, non autem actualem, B.
Res proprias possidentes non recipiunt Apostolici, Encratitæ, Apotactitæ, Aëriani.
Guilherm9 Cornelius Antuerpiēn. paupertati nimium tribuit.
Quod decimæ non debeant dari sacerdotibus, quia non sint pauperes sicut apostoli, Pseudoapostoli, B.b.

¶ *De præmijs, paradiso, & regno cœlorum. De resurrectione.*

Paradisum uisibilem negāt, Seleuciani.
Paradisum & cœlos & alia non credunt esse secundum literam, sed in allegoria, Origeniani Adamātij. Aliqui Origenem hic excusant.
De cognitione uitæ beatæ liber, ubi asseritur regnum cœlorum nihil esse ēt uisionem Dei: & damnationē reproborum, nihil ēt uisionis illius priuationem. Falsò inscribitur D. Augustino. Contra hunc librū, quem solitarij cuiusdam esse iudicāt, Quæstio tertia ex tribus determinatis in Quodlibeto Gymnasij Erfordensis, anno 1486. & impressis Memmingæ chartis 11. in 4.
De uniuersæ rationalis creaturæ, id est, dæmonum & impiorum hominū libe ratione, ac rursus post longū tempus ad eadem mala reuolutione, Origenis error, A.
Christū ad inferos descendisse, & omnibus post mortem illic renunciasse, ut cōfitētes saluarent, Ph. 3. 74. & A. 79.
Ad regnum cœlorum nō pertinere paruulos dicūt Heraclitæ: quia non sunt eis merita ulla certaminis quo uitia superentur.
¶ De resurrectione contra Origenem, Methodius Olympi.
Eutycius malè sensit de resurrectiōe, tanquam inuisibile & impalbabile in ea

futurum sit corpus, B.

Carnis, uel corporis, uel mortuorum resurrectionem negant, Archontici, Caiani, Carpocrates, Cerdoniani, Heraclitæ, Marcus quidã, Origeniani alij, Philetus de quo Paulus 2. Tim. 2. Seueriani, Simon magus.

Resurrectionem & iudiciũ negauit Hymenæus, teste Polycarpo, B.

Carnis resurrectionẽ negat Valentinus, animam tantum & spiritũ affirmans per Christum saluari, A.

Resurrectionem non putant futurã, sed quotidie fieri in generatiõe filiorum, Seleuciani, A.

Animas cum corporibus mori atq; dissolui, in fine sæculi utrũq; resurgere, Arabici quidam hæretici, A. 83.

Mille annos post resurrectionem in terreno regno Christi, secundum carnalis uentris & libidinis uoluptates futuros, Cerinthiani unde & Chiliastæ dicti, A. B.

Nepos episcopus in Aegypto opinionẽ de mille annis tenebat, &c. B.

¶ *De pœnis.*

Malam etiam mentẽ in nobis finito hoc sæculo post conflagrationẽ mundi in globo quodam tanquã in carcere sempiterno esse uicturam: cui globo affirmant accessurũ semper & adhæsurũ quasi coopertorium atque tectorium ex animabus, natura quidẽ bonis, sed tamẽ quæ non potuerint à naturæ malæ contagione purgari, Manichæi, A.

Animas hominũ pessimas post mortẽ in dæmones uerti, & in quæuis animalia uitæ ac meritis ipsorum cõgrua, uide superius ubi de anima.

Purgatorium non admittunt, Rutheni, Græci.

Deum non facere mala, id est, pœnas, Coluthiani.

¶ *Ordo quintus de ecclesia, & ecclesiasticis personis, ceremonijs sacramentis.*

De unitate ecclesiæ contra Petilianum, A. Tomo 7.

Ad communionẽ suam non admittere nisi continentes, & eos qui sæculo ita renũciauerint, ut propria nulla possideãt, ut Encratitas & Apotactitas, &c etiam Aërianos quidam perhibẽt, A.

¶ Quod decimæ non debeant dari sacerdotibus, quia nõ sunt pauperes sicut apostoli, Pseudoapostoli, B. b.

Manichæi ex electis suis habent 12. quos appellant magistros, & tertiumdecimum principem ipsorum: episcopos autẽ 72. qui ordinantur à magistris: et presbyteros qui ordinantur ab episcopis. habent etiã episcopi diaconos: cæteri tantũmodo electi uocantur, A.

Optatus & Petilianus dicebant ĩmunditiã malorũ sacerdotũ mũdis obesse, B. b.

Mulieribus tantum principatũ dant Pepuziani, ut sacerdotio q̃q; apud eos honorentur, A.

Prisca uel Priscilla & Maximilla prophetissæ Montanum secutæ, Philumene Seuerum. Quintilla prophetissã.

Dicentes prophetas quotidie esse, & prophetias fieri, Ph. 3. 31.

Presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni, Aërius, A.

Episcopos diuites culpant Vadiani, A.

Tandemus hæreticus castri Antuerpiæ, episcopalem & sacerdotalem dignitatem contemnebat, B.

¶ Doctores Latinos non admittunt Rutheni, B. ut neq; Græci.

¶ Contra papatum Romæ à Satana fundatum, M. Lutherus.

De tribus hierarchijs, et quod papa communis omnium hostis sit, Mar. Luther propositiones.

Contra Ioan. papã 22. Guilhelmꝰ Occã.

Papam antichristũ esse asserebant, Vuilhelmus aurifex propheta Almarici, et Petrus Ioannis Biraneñ. diœcesis, B. Vide supra in Alphabeto hæreseon de Antichristo.

Circa papæ authoritatem schismatici, Petrus de Luna. Marsil. Pad. Vualdenses, Bohemi, Lutherani, B.

Pseudoapostoli, ecclesiæ Romanę authoritatẽ euacuatã esse: et quod eadem sit illa Babylon meretrix, &c. B. b.

Romam esse Gomorram, Petrus de Aragonia Cæsarauguſtanus, B. b.

¶ Excommunicationem non admittũt, Rutheni.

¶ *De monachis.*

Monachos & monachas & cõiugia non habentes

habentes tantum in communionem recipiunt Heraclitæ, A.

Virginitatem sanctimonialium, & continentiã sexus uirilis in sanctis eligentibus cœlibẽ uitã, coniugiorũ sanctorum atq; fideliũ meritis adæquabat Iouinianus: ita ut quædam uirgines sacræ prouectæ iam ætatis in urbe Roma, ubi hæc docebat, eo audito nupsisse dicantur, A.

Monachis nõ licere suslẽtandæ uitæ suæ causa aliquid operari, Euchetæ, A.

Contra Guilhelmum de S. Amore pro mendicantibus, Thomas Aquinas.

¶ *De sacramentis.*

De sacramẽtis contra Vuiclefistas, Thomas Vualdẽ.

¶ *Circumcisio.*

Mandata legis, ut circũcisionem & alia, obseruanda esse, Ebionæi, Cerinthiani. Vide supra ubi de lege, ordine 2.

Maronini in plærisq; Nestorianis similes, sed non circũciduntur.

¶ *Baptismus.*

De baptismo male sensit Elpulius, ut qui prodesset, sola autem oratiõe dæmon effugaretur, B.

Baptismũ *in aqua nihil cuiquã salutis afferre perhibẽt Manichæi, nec quenq;* eorum quos decipiunt baptisandum putant, A.

Non posse peccare hominẽ lauacro regenerationis accepto, Iouinianus.

Aporij quidam non baptizati in nomine patris & filij & spirit. sanct. B. b.

Marcus quidam de stirpe Basilidis Gnostici magicis artibus imbutus, hæretice baptizabat homines, &c. B.

Ab Arianis rebaptizari catholicos nouimus: utrũ & nõ catholicos, nescio, A.

Rebaptizare audent catholicos Donatiani, cum ecclesiæ catholicæ placuerit ne in ipsis quidẽ hæreticis baptisma commune rescindendum, A.

De baptismo contra Donatistas, A. Tomo 7.

De unico baptismo, Ibidem contra Petiliani Donatistæ librum eiusdẽ inscriptionis.

De hæreticis non rebaptisandis, Vrsinus monachus.

Baptismum in aqua non accipiunt, Seleuciani.

Isini hæretici in India & Aegypto, infantibus cum baptizantur in fronte crucem cauterio signant.

Paruulos sine ullo peccati originalis uinculo aut cõtagio nasci aiunt Pelagiani: propterea autem baptizari eos, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, de bono in melius translati. Nam etiamsi non baptizentur, promittunt eis extra regnum quidem Dei, sed tamen æternam & beatam quandam uitam suam, A.

¶ De anabaptismi exordio, erroribus, et historijs abominandis, unà cum confutationibus per Ioan. Gastium.

De catabaptistis, H. Zuinglius in libello ad regem. Eiusdem ecclesiastes cõtra catabaptistas. Vide Tomo 1. nostro in Huld. Zuinglij operibus Tomo 2. operum eius, fol. 346. b.

De catabaptistis iudiciũ Phil. Melanchthonis, Tomo 1. operum eius.

Contra anabaptistas Io. Caluinus. Ioan. Faber episcopus Vienẽ. Hein. Bullingerus. Ioan. Oecolamp.

De iuramento contra errorem anabaptistarũ dialogus Germanicus Vuolfg. Musculi.

Contra Libertinos anabaptistas, Io. Caluinus.

Baldazari Pacimontani epistola ad Ioã. Oecolampadium.

Ludouici Hetzer error confutatus per Iacobũ Vuyrbẽ, liber Germanicus.

¶ Confirmationem non admittunt, Rutheni, B.

¶ *Eucharistia.*

Eucharistiam contemnebant, Sebatiani, Tandemus hæreticus, B.

Panem & caseum offerunt Artotyritæ, dicentes à primis hominibus oblationes à fructibus terræ & ouium fuisse celebratas, A.

Aquam offerunt in poculo sacramenti, Aquarij, A.

Sacramẽta funesta habẽt Cataphryges. Nam de infantis anniculi sanguine, quẽ de toto eius corpore minutis punctionũ uulneribus extorquent, quasi eucharistiã suam conficere perhibentur: miscentes eum farinæ, panemq; inde facientes. Puer si moriatur, habẽ

tur apud eos pro martyre: si autem uixerit, pro magno sacerdote. Idem faciunt Pepuziani, qui à Cataphrygibus orti feruntur, A.

Manichęorum electi uelut eucharistiam consperſam cum semine humano coguntur sumere, &c. A.

Colubrum nutriunt & uenerantur: qui incantante sacerdote egredit̃ de spelunca, & ascendit super altare innixũ spelunce, & oblationes eorũ lambit: & inuoluens se circa eas, regreditur ad spelunca: Et ita confringunt oblationes in Eucharistiam, quasi à serpente Christo sanctificatas, Ophitæ.

Io. Scoti philosophi (qui transtulit libros Dionysij: alius à Scoto ordinis minorum) liber de eucharistia dãnatus est in Vercellensi concilio.

¶ Contraria scripta circa eucharistiam & missam plurima retulimꝰ supra Titulo 5. Parte 9.

De corpore Domini contra errores Berengarij uide supra Tit. 5. Parte 9.

De sacramento corporis & sang. Herm. Bodius in Vnione dissid.

Huld. Zuinglij diuersa scripta de presentia corporis Christi in cœna, uide Tomo 1. nostro, operum eius Tomo 2. De eadem, idem in libro ad regem Franc.

De colloquio Marpurgensi, Ioã. Oecolamp. epistola 18.

De cœna Domini ecclesię Tigurinæ confessio, contra Lutheri calumnias.

De uera Christi carne & sanguine, Bilibaldus Birckheimerus.

De uerbis cœnæ Domini, Theobaldus Billicanus.

Phil. Melanchthonis epistola ad Oecolampadium de cœna Domini.

In sacramento altaris est uerum corpus Christi, Anton. Anglus artic. 17.

Mart. Lutheri contra Antinomos liber Germanicus.

¶ *Ieiunium, pœnitentia, confessio.*

Statuta solenniter ieiunia celebrãda nõ esse, sed cum quisq; uoluerit ieiunandum, ne uideatur esse sub lege, Aërriani.

De abstinentia à uino & certis quibusdam cibis, uide paulò inferius.

Nihil prodesse ieiunia, uel à cibis aliquibus abstinentiam, Iouinianus, A.

Pœnitentiam denegant Cathari, Nouatum sectantes hęreticum, unde & Nouatiani dicuntur, A.

Ioannes de Poliaco uarios errores circa audientiã confessionũ seminauit, B.

¶ *De matrimonio.*

Vide quædam supra ubi de Intemperantia, item ubi de Monachis.

De bono coniugali contra Iouinianum, A. Tomo 6.

Castrant seipsos & hospites suos Valesiani, A.

Coniugibus utentes nõ recipiunt Apostolici, A.

Coniuges disiungũt, uiros à nolentibus fœminis, & fœminas à nolentibus uiris, Priscillianistæ, A.

Verba psalmi 50. In iniquitate conceptus sum, & in peccato peperit me mater mea, aliqui ita accipiunt, ut ius nuptiarũ iniquitas & peccatum esse dicatur, Ph. 3.

Adamiani mares & fœminæ: unde & nuptias auersantur, quia nec prius quàm peccasset Adã, nec prius quàm dimissus esset de Paradiso cognouit uxorem, A.

Nuptias damnant Tatiani, & alijs fornicationibus similes faciunt: coniugio utentem seu marem seu fœminam in suorum numerum non admittũt, A.

Matrimonium non esse nisi occultã scortationem, Durandus de Vualdach.

Abeloitæ uel Abelonij, non miscebãtur uxoribus, nec licebat eis tamen sine uxoribus esse, ex secta ipsorum dogmate, puerum & puellam alienos sibi adoptabant, quibus relinquebatur hæreditas: & illi rursus alios adoptabant. Hæc secta statim Augustini tempore desijt, A.

Manichæi electi monent auditores suos, ut si utuntur coniugibus, conceptum tamen generationemq; deuitent, &c. Vnde nuptias sine dubitatione condemnant, & quantum in ipsis est prohibent, quando generare prohibent, ꝓpter ꝙd cõiugia copulanda sunt, A.

Secundas

Secundas nuptias non admittunt Cathari, A.

Secundas nuptias tanquam ſtupra damnauit Tertullianus, A.

Secundas nuptias pro fornicationibus habent Cataphryges: Apoſtolũ Paulum eas permiſiſſe, quia nondum uenerat quod perfectum eſt. Hoc enim in Montanum & eius prophetiſſas uniſſe, A.

Moſcouitæ prorſus Paulini ſunt: ſacerdoti unam & uirginem uxorem habere permittunt, nec aliam ea mortua, B. b.

¶ *De templo. De imaginibus ſanctorum.*

Sagarelli hæretici dicunt eccleſiam conſecratam non plus ualere ad orandũ quàm ſtabulum porcorũ, &c. Idem Vuiclefitæ aſſerunt, & Pſeudoapoſtoli dicti.

¶ Idola ferè accipiuntur pro dĳs gentilium, & eorũ ſimulachris, de quibus ſupra in Iniuſtitia erga Deũ: aliàs etſi rarius in genere pro quibuſuis imaginibus quæ apud Chriſtianos etiã ad cultum proſtare cœperunt, ut ſanctorum, &c.

Beſer, à quo *Beſeritæ*, *Leoni 4. imperatori* perſuaſit ut *imagines* tolleret, B. b. Ab hoc imperatore dicuntur Leoniſtæ apud B. item Iconoclaſtæ apud eundem B. b. Græca uoce, à confrĭgendis imaginibus impoſita. Idem in I. litera nominat Imaginum hæreſin, quæ eas auferre uoluit.

Imagines ab eccleſĭs tollendas dicebant Feliciani anno 784. B.

¶ De origine erroris circa diuorum inuocationem & ſimulachra, Hein. Bullingerus.

De imaginib. & reliquĭs, Bernardinus Ochinus 2. 64.

De idolis & miſſa, Huld. Zuinglius ad epiſcopum Conſtant. Tomo 1.

Claudius Taurineñ. epiſcop9 ſenſit crucis dominicæ ſignũ non oportere adorare: quòd niſi adhibeatur frontibus, ſiue aquis quibus regeneramur, aut chriſmati, nihil rite perficitur, B. b.

Balthaſar Hiebmeier uel Fridberger uenerationem imaginum negat, B. b.

De pulchritudine ſimulachrorum, A. quæſtione 78. Tomo 4.

De contumelia qua Iudæi imaginem D. Mariæ affecerunt Colmariæ, cuius hiſtoria ibidem iuſſu Maximiliani Cæſaris depicta eſt, & Iudæis ea urbe perpetuo interdictum: Liber Germanicus chartis 8. excuſus in 4.

¶ *De diuerſis ceremonĭis & obſeruationibus.*

Hilarius quidam reprehendit cantus eccleſiæ, B. b. Scripſit contra eum D. Auguſtinus.

Ceremonias aliquot à Catholicis diuerſas habent, Indiani & Iacobitæ, B.

Vtrem inflatum & apertum circumire perhibentur bacchantes Aſcitæ, tanquam ipſi ſint euangelici utres noui, uino nouo repleti, A.

Pattalorynchitæ in tantum ſilentio ſtudent, ut naribus ſuis et labĭs digitum opponant, ne uel ipſam taciturnitatẽ uoce prærĭpiant, quando tacendum ſibi eſſe arbitrantur: dactylorynchitæ dici poterãt, A. Taſcodrugitæ Phrygum lingua idem quod Græcis Paſſa lerynchitę ſignificat, teſte Epiphanio: in diuerſis tamen locis ab hæreticorũ ſcriptoribus memorantur, licet ſuperſtitioſam hanc obſeruationem, ut Aegyptius Harpocrates, utrĭq; ſimiliter exerceant.

Adami in paradiſo nuditatem quæ fuit ante peccatum imitantur, A.

Inſabbatati hæretici Vualdẽſes. B. à ſcuto quod in ſotulari uel ſabbate ſuperiore parte habent, qui perfecti inter eos ſunt, ſic dicti.

Nudis pedibus ſemper ambulant, innominati apud Auguſt. 68. Diſcalceati, B. Excalceati, Ph.

Vinum non bibunt Manichæi, dicentes fel eſſe principum tenebrarum, cum ueſcantur uuis: nec muſti aliquid uel recentiſſimi ſorbent, A. Eodem abſtinent Seueriani, de ſathana & terra id natum perſuaſi, A.

Philaſter (3. 39.) eſſe dicit, qui cum hominibus non ſumunt eſcas: ſed utrum cum alĭs qui eiuſdem ſectæ non ſunt, an etiam inter ſeipſos id faciant, non exprĭmit, Auguſtinus in hæreſi 71.

Ova etiam non edunt Manichæi, &c. A.
Lacte abstinent, ijdem, A.
Carnibus non uescuntur, easq; omnes abominantur Tatiani, A.
Carnes tanquam immundas escas deuitant Priscillianistæ, A.
Abstinent carnibus Aëriani, teste Philastrio: Epiphanius non meminit, A.
Carnibus non uescuntur Manichæi, tanquam de mortuis fugerit diuina substantia.
Manichæi electi monent auditores suos, ut si uescuntur carnibus animalia nõ occidant: ne offendant principes tenebrarum, in cœlestibus colligatos, à quibus omnem carnem dicunt originem ducere, A.

¶ *Ceremoniæ circa mortuos.*

Vnctionem extremam non admittunt Rutheni, B.
Ferunt suos morientes nouo modo quasi redimere, id est, per oleum, balsamũ & aquam, & inuocationes quas Hebraicis uerbis dicunt super capita eorum, Heracleonitæ, A.
Orare uel offerre pro mortuis oblationẽ non oportere, Aëriani.

¶ *De festis.*

De Iudæorum festis, ritibus, & moribus, Alphes.
Contra Iudæos de sabbato, Io. Damascenus libro 4.
Aliqui festa Mosaica numerũq; eorum prætereunt, tanquam Moses de sabbatis solum & pascha & azymis præceperit & non de 8. festis, Ph. 3. 89.
Circa diem paschæ hæretici, Ph. 3. 11.
Quidã asserunt cum Iudæis debere fieri pascha, Ph. 3. 40.
Pascha cũ Iudæis celebrant Vadiani, A.
Sabbatius ex Iudæo Christianus de tempore paschatis celebrãdi cõtendit, B.
Tessarescædecatitæ dicti sunt, quod non nisi quartadecima luna mẽse Martio pascha celebrant, quilibet septem dierum occurrat dies: & si dies Dominicus occurrerit, ipso die ieiunant & uigilant, A. Hi etiam Quatuordecimani uocantur à B. b.
Victorinus episcopꝰ dicebat pascha nõ uenire die suo et mẽse, sed decimo Calendas Maij custodire, B. b.

¶ *Ordo 6.*

De hæresibus scripsisse audio etiam diuum Hieronymum, A. circa finem libri sui ad Quoduultdeum.
Omnes hæreticos recte ambulare & uera dicere, Rhetoriani, A. Ph. 3. 43.
Hæc & alia quæ de hæresibus in genere dicuntur, nec ad ullũ alium Titulum accõmodari possunt, ad primam huius Tituli Partẽ referanť. Cætera suo quæq; huius Tituli loco relata sunt.

¶ *Ordo 7. Historica.*

Christianos posteriores Iudæis & paganis fuisse creatos, non priores fuisse, natura, fide, &c. Ph. 3. 61.
De D. Mariæ uirginitate & impugnatiõe eius, uide infra Titulo 7. ubi etiã alia plæraq;, quæ ad utriusq; testamenti personas attinẽt cum omnibus quæ de ipsis dicuntur & sentiuntur bene maléue, seorsim digesta singillatim reperies.

¶ *Ordo 8. Varia.*

Infra Titulo 7. inter Varia disputatiões quoq; locauimus, quanquam & illæ ad hunc Titulum, tanquam Polemicæ, quarta præsertim eius parte referri potuissent. Sed propter argumenti & thematum uarietatem quæ in plærisq; disputationibus habẽt, illic etiam non inepte commemorabuntur: etsi nonnullæ unum duntaxat thema tractent. Otiosus aliquis, diuersa themata singillatim ad diuersos titulos referet, integros uero libros simpliciter illic recensebit.

TITVLVS VII. DE HISTORIA ecclesiastica, cuius partes sunt 7.

Pars 1. De historijs sacris in genere, & secundum gentes. De persecutionibus.
2. De historijs ueteris Testamenti in genere primũ, deinde ordine literarum.
3. De historijs noui Testamenti, eodem ordine.
4. De concilijs & Decretis.
5. De pontificibus Romanis.

6. De

6. De scriptoribus aliquot ecclesiasticis.
7. De sanctis & martyribus in utroq; sexu.

TITVLI VII. Pars 1.

HActenus didactică Theologiæ partem tractauimus, quę uel in salubri doctrina explicanda, uel malis refutandis uersatur. Nunc historicam aggredimur, quæ & ipsa exemplorũ ratione doctrinæ nonnihil continet.

Antoninus Florentinus archiepisc. Historiam mundi persequitur à condito Adam ad Abraham, Titulo 1. Ab Abraham ad Dauid, Tit. 2. A Dauid ad Nabuchodonosor, Tit. 3. A Nabuchodonosor ad Christum, Titulo 4. &c. Capita enumerata sunt Tomo 1. nostro totius historiæ ipsius quæ tota ecclesiastica uidetur.

Liber 12. huius operis totus est de Historijs profanis, quamuis ibidem Titulo 1. Chronicorum & historiarum communium scriptores in genere proposuerimus: et Tituli 11. parte 4. Iudaicas aliquot historias, de quibus hîc etiam quædã paulò inferius adferenẽ.

Quædam simpliciter historica sunt, quæ omnia hic colligemus: alia obiter historias continere uidentur, ut tragœdiæ & comœdiæ sacræ, &c. quæ partim alibi relata sunt, partim hic etiam si quæ inciderint referentur.

Computatio temporum & annorum ab Adamo usq; ad Christum ex scripturis comprobata, habetur cum Bibliis Germanicis Tiguri impressis ab initio operis.

De Christianis eorumq; origine & ritibus, Ioan. Boëmus 2. 12.

Christianos posteriores Iudæis & paganis fuisse creatos, non priores fuisse natura, fide, &c. Philaster 3. 61.

¶ *Qui scripserint historias ecclesiasticas uniuersales, non uni genti proprias, ordine literarum.*

Omnes qui Chronica uniuersalia scripserũt, de quibus uide supra libro 12. Tit. 1.

Antoninus Florent. de quo paulò ante diximus.

Excerpta quædam ex Basilij archiepiscopi Cęsariæ historia mystagogica ecclesiastica, Græce extat Romæ in Vaticana biblioth.

Historiæ ecclesiasticæ Epiphanio Scholastico interprete: & eiusdem interpretationis epitome per Marcum Aurel. Cassiodorum, quæ aliâs Tripartita, aliâs ecclesiastica historia uocatur, excusa Lugduni apud Paganum, à Cassiodoro (ut quidam scribunt) ex Socrate, Theodorito, et Sozomeno. Alia est Scholastica dicta historia, cuius author fertur Petrus Comestor, de quo uide Tomo 1. nostro. Vide mox in Gaspare Hedione.

Euagrij monachi ecclesiasticæ historiæ libri 6. Græci & Latini Vuolfgango Musculo interprete.

Eusebij Cæsarien. libri 10. de rebus ecclesiasticis, eodem interprete; uide mox in Gaspare Hedione.

Gaspar Hedio Germanice reddidit ecclesiasticas historias Eusebij, *in libris* 11. & Tripartitam *in libris* 12. quibus & alios libros 12. adiecit à tẽpore quo Tripartita desinit, id est, ab anno 400. usq; ad annum 1545. Eosdem etiam à se adiectos Latine se redditurum promittit.

Gregorij Turonẽsis historiæ eccles. lib. 1.

Hegesippi libri 5. Ecclesiasticorũ actuũ.

Heraclidis historia, non alia puto quàm de uitis patrum.

Hermeas Sozom. uide mox in S.

Petri Comestoris historia Scholastica excusa Lugduni apud Paganum. Vide paulò supius in Epiphanio: & apud Antoninum Florentinum tit. 18. ca. 8.

Philostorgius nominatur cum aliis Græcis qui historias ecclesiasticas scripserunt, in titulo codicis cuiusdã Bibliothecæ Vaticanæ.

Rufinus Aquileiensis libros duos adiecit historijs Eusebij.

Sigebertus monachus scripsit historiarũ post Eusebium librum 1.

Socratis Rhodij ecclesiastici historiographi libri 7. Græci & Lat. Vuolfg. Musculo interprete. Vide Tom. 1. nostro.

Hermiæ Sozomeni Salaminij libri 9. eodem interprete. Vide Tomo 1. nostro in Sozomeno.

Sozomeni Piſtorienſis hiſtoria uniuerſalis.
Theodoriti Cyrenſis hiſtoria eccleſ.
Theodori Lectoris lib. 2. Eclogôn Vuolfgango Muſculo interprete.
Victoris Cumenenſis hiſtoria de rebus & bellis eccleſiaſticis.
¶ Ad hiſtoriam eccleſiaſticam pertinere uidentur etiam uariæ quorundã epiſtolæ, preſertim pontificum, inter Varia infra enumeratæ: Item orationes quædam coram pontificibus, &c. inter Sermones ſupra dictæ. Vide etiã in Paſquillis infra, Titulo 8.
In libris Polydori Vergilij de inuentoribus rerũ nõ pauca ſunt ad hiſtoriam eccleſiaſticam referenda: & nos (ni fallor) de ſingulis ſuo loco monuimus.
De Helleniſmi trãſitu in Chriſtianiſmũ, Guil. Budæus.
Clementis Romani Recognitionum libri 10.
De geſtis Chriſtianorum in terra ſancta tempore Vrbani 2. Rupertus.

¶ *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ gentium aliquot: & primum Iudaicæ.*

Iudaicas aliquot hiſtorias reperies etiam libro 12. huius operis Tituli 11. Par. 4.
Fl. Ioſephi Antiquitatum Iudaicarum libri 20. De bello Iudaico ſiue Iudaicæ captiuitatis libri 7. Cõtra Appionem libri 2. De imperio rationis ſiue de Machabæis liber 1. Omnia Latine excuſa Rufino Aquileienſe puto interprete. Baſileæ 1540. in officina Frobeniana: & poſtea Græce etiã, & rurſus Latine Sigiſmũdo Gelenio interprete. Nuper etiam audiui Io. Checum Cantabrigienſem Ioſephi omnia trãsferre aut iam tranſtuliſſe in Anglia.
Eadem omnia Germanice excuſa ſunt Argentorati apud Baltaſarem Beck 1535. in fol. chartis 278. Gaſpare Hedione ni fallor interprete, cum præfationibus, uita Ioſephi, indicibus, &c.
Hiſtoriarum Ioſephi cõpendium per Io. ſippum (aliâs Ioſephon) libris 5. Sebaſtianus Munſterus ex Hebraico Latinum fecit, & Michaël Adamus Germanicum. Vide Tomo 1. noſtro in Fl. Ioſepho.
Tetramonon opus conciliatum ex hiſtoriis Ioſephi, Egeſippi, hiſtoria ſcholaſtica, & bibliis per Robertũ Goullet.
Alexandri Iudaica hiſtoria.
Hiſtoria Hebræorum ex Mar. Ant. Coccij Sabellici Enneadib. excerpta, eius gentis ritus, leges, & geſta, ab orbe cõdito ad Ieſu Chriſti tẽpora ſuccincte complectens (quæ in libris Biblicis & Ioſepho ubertim comprehenduntur) in libros ſeptem partita, ſuis capitib. & argumentis diſtinctos: cum excidij Hieroſolymitani deſcriptione, per Io. Kuſthuert Vueiſſenſtatẽſem: Adam Petrus excudit Baſileæ 1515. in fol. chartis 57.
¶ De regibus Iuda & Ieruſalem, Richardus de S. Victore.
Regum Iuda & Iſraël geſta, Antoninus Flor. Tit. 3. cap. 3.
De regibus Hieroſolymorum, Michaël Ritius. Antoninus Florentinus Titulo 17. cap. 7.
Regum catalogus, Brunfelſius Pandectarum libro 15.
Taciti uerba explicata in Iudæorum hiſtoria, Crinitus 1. 9.
De tranſmigratione libri 2. Philonis Iudæi, in ſexto uolumine interpretationis Lilij Agidij.
De legatione ſua ad Gaium, Philo.
¶ De laude ciuitatis Hieroſolymæ, Sebaſtianus Brant.
De excidio Hieroſolymæ, Rodolphus Langius.
De Hieruſalem & eius aduerſis, Euchrius Lugduneñ.
De ſubuerſiõe Hieruſalem, Antoninus Florent. Tit. 7. cap. 1.
Recuperatio Hieroſolymæ, Idem Titul. 16. cap. 13.
De excidio perpetuo Iudæorum, Ioan. Lod. Viues libro 3. de ueritate fid. Chriſt.
Liber anonymus de templi Salomonis dedicatione, captiuitate Hieruſalem, & regnis illius temporis regum, Græce extat alicubi in Italia. De templo Salomonis plura uide infra in Salomone. Plura Iudaica mox in ueteris Teſtamenti hiſtoriis adferemus.
¶ Planctus Efrem ſuper Edeſſenã urbẽ.

De Neapoli

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [293] - 136v
PUBLIC DOMAIN

De Neapoli urbe Palæſtinæ, Iuſtinus philoſophus.
Geſta Chriſtianorũ in terra ſancta tempore Vrbani 2. Ruperti.
De inuentione crucis libellus, neſcio cuius authoris. Et Ioan. Chryſoſtomus Tomo 2.
Narratio eorum quæ geſta ſunt cum S. Auguſtinus epiſcopus Eradium presbyterum deſignauit, ac pronunciauit ſucceſſorem ſibi: epiſtola numero 110. inter D. Auguſtini epiſtolas.
De Turcis & Mahomete quædam uide ſupra Tit. 6. Parte 3.
¶ Narratio de ædificatione tẽpli magnæ Dei eccleſiæ, quæ uocatur S. Sophiæ, Romæ in Vatica. bibliotheca Græce extat.
¶ De rebellione terrarum eccleſiæ, Ioan. Boccatius.
De Fran. Ximenis Cardinalis Tolletani uirtutibus, & eius in Hiſpania contra infideles uictoria Oraneñ. Carolus Bouillus in epiſtolis.
¶ De zelo Chriſtianæ religionis ueterũ principum Germaniæ, Lupoldus de Bebenberg.
De manifeſta ruina fidei Chriſtianæ ex ignauia regum & imperatorum, Iacobus Vuimpfelingus dialogo 4. ſuę Philippicæ.
De laude Vueſtphaliæ & eius cõuerſione ad fidem, Vuernerus Roleuinck Cartuſieñ.
Alberti Crantij Hamburgenſis Metropolis ſiue hiſtoria, quæ continet initia propagationis Euangelij & incrementa in ora Baltici littoris et uicina, & in Cherſoneſo Cimbrica.
Hiſtoria eccleſiaſtica Anglorum, Bedæ.

¶ *De perſecutionum hiſtorijs.*

De perſecutione in genere dictum eſt ſupra, Titulo 4. in materia fortitudinis.
De perſecutione Decij, Dionyſius Alex.
De Maximiani imperatoris ſæuitia in Chriſtianos: & quod affectus morbo animum commutarit: tum eiuſdẽ edictum poſitum pro religione ipſa Chriſtianorum, Crinitus 7. 5.
De oraculo à Maximino imperatore inſtructo contra Chriſtianos: & ibidem de conſtantia Chriſtianorũ, quibuſcũq; uerbis contra Romanos præſides uterentur, Crinitus 2. 15.
Athenagoræ philoſophi Chriſtiani legatio pro Chriſtianis apud impp. M. Aurelium, Antoninum, et Commodum.
Ἀντίγραφον ἐμμνείας τῆς τοῦ τυράννου ὑπὲρ χριστιανῶν διατάξεως, ex Latino in Græcũ, in Italia alicubi extat, Romę puto.
De Chriſtianorum calamitatibus contra Demetrianum Cyprianus. Paulus Oroſius etiã contra paganos ſcripſit, qui omnes illius temporis calamitates Chriſtianis imputabant.
Qui ex alienis primi noſtros Chriſtianos inſectati fuerint, Polydorus 8. 6.
De perſecutione Africana, b. Victorius. Aliâs, Hiſtoria perſecutionũ, quas in Africa olim circa D. Auguſtini tempora Chriſtiani perpeſſi ſunt ſub Genſerycho & Hunerycho Vandalorum regibus. De eadem, Antoninus Flor. Tit. 11. cap. 10.
De Chriſtianæ fidei & Romanorũ pontificum perſecutionibus, Boniſacius Symoneta.
Chriſtianos fuiſſe per ignominiam Semiſſios & Sarmentarios uocatos, Crinitus 1. 13. Cælius Rhod. 30. 21.
Quomodo Chriſtiani etiam ſint Aſinarij appellati, Crinitus 1. 9.
Quum Saturninus et Aurelianus acti eſſent in exilium, Io. Chryſoſtomi homilia 1. Def. Eraſmo interprete: cuius etiam operum Tomo 8. habetur.
De bello in Germania exorto 1546. dialogi 6. Vuolfgangi Muſculi Germanice.
Aetatem noſtram omnium quæ fuerint, futuræ ſint, aut fieri poſſint in mũdo, miſerrimam eſſe, Bernardinus Ochinus 1. 50.

¶ PARS 2. *De hiſtorijs ueteris Teſtamenti, in genere primum, deinde ordine literarum.*

Titulo 2. huius libri, utriuſq; Teſtamenti libros & quæ ad ſingulos pertinẽt enumerauimus, hiſtorijs tantum huic loco reſeruatis. Quod ſi quis illas etiam libris ſuis coniungi malit, illuc transferat.
¶ Petrus Comeſtor in hiſtoria ſua Scho-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [294] - 137r
PUBLIC DOMAIN

laſtica utriuſq; Teſtamenti hiſtoriarū ordinē ſequitur: & Antoninus Flor. aliqua ex parte.

Promiſſiones & prædictiones per ſpiritum ſanctum in ſacris literis traditæ omnes ab exordio mūdi ad finē uſq; Proſperi Aquitanici. Has etiam cur non referamus ad hiſtorias, cum illis omnino hactenus reſpōdeant, & proculdubio ad finem uſque reſponſuræ ſint?

Antiquitatum Biblicarum ab Adam ad Saul, Philonis Iudæi. Plura uide paulò ſuperius Parte 1. in Iudaicis hiſtoriis.

Otho Brunfelſius in Pandectis ſuis ordines aliquot hiſtoriarum ex utroq; Teſtamento confecit, quales ſunt:
Regum Iudæorū catalogus, libro 15.
Virorum illuſtriū catalogus, libro 16.
Virorum obſcurorum, libro 17.
Mulierum illuſtrium, libro 18. Obſcurarum, 19.

Monodiæ aliquot perſonarum utriuſq; Teſtament. ut ſanctorum catalogo impinguntur, per Fran. Bonadum.

De uita & obitu ſanctorum in ſcripturis ſacris, Iſidori libri 2.

Hiſtoriæ ſiue picturæ utriuſq; Teſtam. Vide Tit. 8. ubi de picturis.

Bella & uictoriæ impiorum cōtra iuſtos, Brunfelſius Pandect. libro 22.
Iuſtorum contra impios, libro 20.

¶De 12. patriarchis, Richardus de S. Victore. Gregorij Naz. heroici uerſus 5.

Patriarcharum catalogus, Brunfel. Pandect. libro 15.

De benedictionibus patriarcharum ſiue filiorum Iacob, Aur. Auguſtinus Tomo 3. Deſ. Eraſmus cenſet, deſumpta hæc eſſe ex Quæſtionibus D. Hieronymi in Geneſin, Paulinus. Rabanus Fuldeñ. Ruſinus Aquilei. Iſraëlita. Ambroſius Mediolan. Tomo 4.

De patriarchis, Iſaac, Iacob & Ioſeph, Ambroſius ibid. in diuerſis libris.

De 12. tribubus Iſraël, Iacob9 Monachus Græce.

¶De uita & morte prophetarū Epiphanius Græce, & Lat. Io. Reuchlin, Albano Torino, & Iano Cornario interpretibus.

Vitæ prophetarum quorum ſcripta extant in Biblijs, & aliorum, per Dorotheum martyrem Græce, & Lat. per Vuolfg. Muſculum.

¶Abel, uide Cain. Abeloitæ in hæreticis dicti ſunt, Titulo præcedente, Parte 5. ubi & alia quædam propria hominum nomina in mentione librorum Biblicorum commemorata ſunt, quæ qui uolet huc referat.

Abiron, uide Chore.

De Abrahamo, Ambroſius Mediolañ. Tomo 4.

De hoc, Donum reciprocum quidem, uerum quale olim Abrahā obtulit, Tzetzes 9. 289.

De ſacrificio Abrahæ, Richardus de S. Victore. Dauid & Abrahæ, Idem. Abrahā & Mariæ, Idem. Vide ſupra qui de patriarchis ſcripſerint.

De Solomone & Achas patribus, Hieronymus Strid. Tomo 3.

¶De Cain & Abel, Ambroſij Mediolaneñ. libri 2. Tomo 4.
De ſacrificijs eorundē, Philo Iudæus.
De Caianis dictum eſt ſupra in hæreticis.

Chore, Dathan, & Abiron, qui ſchiſma facientes in primo populo Dei terra dehiſcente perierūt, colere perhibentur Caiani.

¶Dathan uide Chore.

De Dauide, Antonius Flaminius ab initio carminum ſuorum in Pſalmos.

De Dauide & Saule homiliæ 3. Chryſoſtomi, interprete Deſ. Eraſmo, cuius etiam operum Tomo 8. habentur.

De teſtamento Dauidis, Mar. Lutherus.

De ſacrificio Dauid & Abrahæ, Richardus de S. Victore.

De geſtis Dauidis, Antoninus Flor. tit. 3. cap. 1.

De monomachia Dauidis & Goliæ, Rodolphi Gualtheri poëma.

Dauidem aliqui aiunt non Chriſti prophetam fuiſſe, ſed humanæ cantationis & ſæcularis rei conſcriptorē, Ph. 3. 78.

De prophetijs Dauid & Salomonis, Antonius Flor. Tit. 3. cap. 4.

¶De geſtis Eli, Antoninus Flor. Tit. 2. cap. 6.

Eſaiæ

Esau, uide Iacob.
De Ezechiæ scribis, Tzetzes 6. 42.
Goliath, uide Dauid.
¶Heliacim uide Somna.
De Helia & ieiunio, Ambrosius Mediolan. Tomo 4.
De ascensione Heliæ, Io. Chrysostomus Tomo 2.
¶De Iacob, Isaac, & Esau, Tzetzes 9. 261.
De Iacob & beata uita, Ambrosius Mediolan. Tomo 4.
De Iob, Tzetzes 3. 64.
De hoc, Meliora Iob tibi euenient, Tzetzes 10. 313.
Cur Deus noluerit audire apostolū, cum auscultauerit dæmoni contra Iobum, Antonius de Gueuara.
De Iosepho, Philo Iudæus.
S. Ioseph patriarchæ laudatio, Effrem.
De Ioseph patriarcha, Ambrosius Mediolan. Tomo 4. Israëlita.
De 12. honoribus S. Ioseph, Petrus de Aliaco.
Ioseph comœdia, Cornelij Croci.
Iosue gesta, Antonini Florent. Tit. 2. 5.
De Isaac & anima, Ambrosius Mediol. Tomo 4.
De Isaac & Esau & Iacob, Tzetz. 9. 261.
Super historia Iudith chronographica censura, liber breui imprimendus (ut audio) aut fortè iam impressus, Basileæ cum Iacobi Ziegleri conceptionibus in Genesin & Exodum, 1547.
¶De exitu Leæ, Hieron. Strid. Tomo 1.
¶De Manasse rege, eiusq; statua, cum facie quintuplici, Crinitus 4. 10.
Mardochæi epistola ad Alexandr. extat.
De Melchisedec, Hieron. Strid. Tomo 3.
De Melchisedecitis uide supra Tomo 3.
Mosaicæ uitæ mystica enarratio, Gregorij Nysseni Græce & Lat. Ge. Trapezuntio interprete.
De differentijs Platonis, Aristotelis & Mosis, Acticus. Vide supra Titul. 1. Parte 1.
De ætate Mosis ex Trebellio Pollione, Crinitus 7. 10.
De Mosis facie quæ resplendebat Dei uisione, Tzetzes 9. 255.
De edictis Mosaicis 613. Paulus Ritius.
Vide etiam supra Titul. 2. Parte 1. ad quam referendum est Mosis nomen cum pro lege accipitur.
Super tabernaculū Moysi sermones impressi, nescio cuius authoris.
De Mose iucundū scitu, Cælius Rhod. 19. 21.
De gestis Mosis, Antoninus Flor. Tit. 2. cap. 4.
Mosis dialogus, Greg. Nazianz.
¶Libellus Græcus de exercitu Nabuchodonosor, Venetijs ad S. Antoniū.
Nabute Iesrahelita, Ambrosius Mediol. Tomo 4.
Quod Noë facto sobrius, Philo Iudæus.
Parœmia, Sic abstuleris dedecus à me, si cut prius ille Phinees, Tzetzes 11. 391.
¶De Salomone Ambrosius Mediol. Tomo 4.
De Solomone & Achas patribus, Hieron. Stridon. Tomo 3.
De prophetijs Dauid & Salomonis, Antonin. Florent. Tit. 3. cap. 4.
De reginis & cōcubinis Salomonis, Aurel. Augustinus quæstione 55.
De Salomonis gestis, Antoninus Florent. Tit 3. cap. 2.
De iudicio pueri Salomonis, Hierony. Strid. Tomo 3.
De templo Salomonis, Richardus de S. Victore.
De templo ædificato annis 46. Aur. Augustinus quæstione 56. & 83.
De ædificatione templi, Beda.
Liber Græcus anonymus de templi Salomonis dedicatione, captiuitate Hierusalem, & regnis illius temporis regum, extat alicubi in Italia.
De gestis Samuelis, Antoninus Florent. Tit. 2 cap. 6.
De Sara, Philo Iudæus.
De Saul, Hippolytus.
De Dauide & Saule homiliæ 3. Io. Chrysostomi, Def. Erasmo interprete, cuius etiam operum Tomo 8. habentur.
De gestis Saul, Antonin. Florent. Tit. 2. cap. 6.
Locum, Spiritus Domini malus arripiebat Saulem, Antonius de Gueuara alicubi in epistolis suis interpretatur.
De Samsone, Tzetzes 2. 37.
Samson Tragœdia Hierony. Zieglerí.

De maxilla Samsonis, Elegia Gasparis Bruschij.
Sodomitas colere perhibentur, Caiani.
De Sõna atq; Heliacim scribis Ezechiæ regis Hierusalem, Tzetzes 6.42.
De S. Susanna, Ioan. Chrysostomus Tomo 2.

¶PARS 3. *De historijs noui Testamenti.*

De tribus sanctis regibus (sic enim imperiti tres magos uocant) & translatione eorum, Io. Hildenshemeñ.
De natali innocentum, Ioan. Chrysostomus Tomo 2.
De uitis apostolorũ 12. & 70. Dorotheus martyr Græce & Latine per Vuolfgangum Musculum.
Vitæ apostolorum per Frid. Nauseam.
De apostolis 12. Gregorij Naz. heroici uersus 5. Antoninus Flor. tit. 5. ca. 7.
De paupertate Christi & apostolorum, Guilhelmus Occam.
In laudem apostolorum libri 2. Maximi Taurineñ.
De apostolis & martyribus, Io. Lod. Viues libro 2. de ueritate fid. Christianæ.
Apostolorũ canones 84. apud Clementem.
De passionibus apostolorum, Ammonius.
De apostolis Hippolytus, ubi quilibet eorum prædicauerit, & cõsummatus sit martyrio.
¶Vide in libris Sermonum qui per circulum anni (ut uocant) in solennibus sanctorum diebus fiunt, tum aliorum, tum ex nouo Testamento: quorũ scriptores enumerauimus Tit. 2. Part. 7.
¶Andreæ apostoli uita, Antonin. Flor. tit. 6. cap. 9. Extat etiam Græce huius apostoli uita, Venetijs ad S. Antoniũ, nescio quo authore.
De laude S. Andreæ, Io. Trittemius, Augustinus Dathus.
De S. Anna carmen Rod. Agricolæ.
De fide Annæ Chrysostomi homiliæ 2. Græce & Lat. Des. Erasmo interprete, cuius etiam operum Tomo 8. habentur.
De triplici connubio D. Annæ, Sutor.
Rosarium Elegiacũ de matre Anna, Iudoci Beysselij.
¶Barnabæ uita, Antoninus Flor. 6, 18.
S. Bartolemæi uita, Ibid. 6. 12.
¶De Gamalielis Hebræi doctrina, Crinitus 10. 1.
¶Vita Iacobi Maioris, Antonini Flor. Tit. 6. cap. 7.
De miraculis S. Iacobi, Calixtus papa 2.
Metra Germanica de miraculo S. Iacobi, & duobus in Compostella peregrinantibus, excusa in 4.
De uita Iacobi maioris, Antoninus Flor. 6. 7. & Iacobi minoris fratris Domini, Ibid. 8.
Iesu Christi uita & mors, Vide supra Titulo 3. Parte 3.
De S. Ioanne Baptista, Anselmus. Matthæus Bossius. Rupertus Lympurgensis. Iodoci Galli oratio.
In natalẽ Ioannis Baptistæ, Elegia Bapt. Mantuani.
Prodromus, id est, Ioãnes Baptista, Græco carmine Homerico per Sebastianũ Castalionem redditus.
Ioannides libri Crastonñ Gorippi.
In laudem Ioannis Baptistæ libri 2. Maximi Taurineñ.
Ad Io. Baptistam hymnus Pontani.
De excellentia Ioannis Baptistæ homiliæ 2. Petri Damiani.
Cyrilli exegesis dicta in die S. Ioan. Baptistæ, Vuolfg. Musculo interprete.
De Io. Baptistæ natiuitate & decollatione, Ioan. Chrysostomus Tomo 2.
De reuelatione capitis Ioã. Baptistæ, Cyprianus.
Ioãnis nomẽ Hebraice quid sonet, Tzetzes 7. 126.
Ioãnis euangelistæ & apostoli post ascensionem Christi uita, Anton. Flor. 6. 6.
De laudibus S. Ioan. Euangelistæ, Vincentius Bell.
Miracula Ioan. Euangelistæ per Prochorum eius discipulum descripta.
Carmina Iosephina, id est, historia Iosephi sponsæ Mariæ, Io. Gerson Tomo 3. Iosephi nutricij libri 5. per Ioannem Trittemium.
Iudæ & Simonis uita, Antoninus Florent. 6. 14.
Iudam traditorem diuinum aliquid putant esse Caiani: & scelus eius beneficium deputant, asserentes eum præscisse quantum esset generi humano

Christi

Christi passio ,futura ad occidendũ Iudæis, propterea tradidisse, A.
¶De Lazaro homilię 4. Io. Chrysostomi Tomo 1.
De Lazaro resuscitato, Idem Tomo 2.
In Lazarum quadriduanum, sermo Andreæ episcopi Cretæ.
Vita Lucæ Euangelistæ, Antoninus Florent. 6. 17.
¶Marci Euangelistæ uita, Bernardus Iustinian9 Venetus. Antonin. Flor. 6. 16.
Maria Magdalena, Pharetra.
Vita Mariæ Magdalenæ & Martæ, Antonin. Florent. tit. 6. cap. 19. & 20.
De unica Magdalena, Beda Sorboneñ. Ioan. Fischerus Roffeñ. contra Iodocum Clichthoueum.
De Maria Magdalena & triduo Christi, & una ex tribus disceptatio, (Iacobi Fabri puto, aut Iodoci Clichthouei.) Disceptationis de Magdalena defensio, apologiæ Marci Grandiuallis illam improbare nitentis respondens: Rober. Stephanus simul excudit Parisijs.
De tribus Marijs Christum unc̃turis, & muscis quæ nobis unguentum perdunt, &c. Liber Germanicus Ioan. Geileri Keiserspergij, excusus Argentorati 1520. in folio.
De Maria, Manipulus florũ, Lumen animæ, Tit. 7. & Parte 2. cap. 143.
Maria uirgo mater Dei, Pharetra.
De uirgine Maria theotoco, Ioan. Damascenus libro 3.
De uirgine Maria Ioan. Arboreus. Rainerius multa, ubi de Incarnatione tractat. Conradi de Altzeya poëma.
De genetrice Dei, Ioan. Faber Viennensis episcopus.
De b. uirgine Proclus Græce & Lat. per Ioan. Reuchlin. Sermones Ambrosij Taruisini. Franconis sermonũ liber 1. Homiliæ Amedei. Baptistæ Rhegieñ. episcopi Carmen.
De natiuitate Mariæ Virginis, Hieronymus Tomo 4. Vuilbertus. Andreæ Chartophylacis uers9 iambici Græci.
Imago S. Mariæ, Nicol. Cistertieñ.
Virginis Ma. uita post ascensionem, Antoninus Flor. tit. 6. cap. 3.
De uita bea. Virginis, Adelboldus, Epiphanius, Baptistæ Mant. Parthenicæ libri 3.
Vita & obitus deiparę Virginis per Antonium Cornazanum.
De be. Virgine exempla, distinctione 7. Cæsarij Cistertieñ.
Cõtemplatiõ S. Mariæ, Iacobi Carthus.
Mariale Iacobi Genueñ. Vide supra Titulo 2. Parte 11. de hymnis & carminibus ad D. Virginem.
De Deo laudando in bea. Virgine, Ioannes Oecolampadius.
De laudibus S. Mariæ, Dionysij Rickel libri 4. Anselmus. M. Antonij Sabellici Elegiæ 13. Raymundus Lullius. Petrus Comestor. Vincentius Bell. Rosuidæ liber 1. Theodericus archiepiscopus Treuerorum. Corona siue de laudibus beatæ Mariæ, Tilmanni Dulmanensis.
Corona beatæ Mariæ siue ad lapides pretiosos comparatio uitæ ipsius, Dominici Carthusieñ.
Stellarium be. Virginis, fratris Pelbarti.
In laudem S. Mariæ, Egelnotus. Fulpertus. Augustini Dathi oratio 12. libro 2. Iacobi Vuimpfelingi poëma.
Rupertus abbas Lympurgenñ. scripsit in Cantica canticorum in laudem D. Virginis.
In laudem uirginis ænigmata ueteris Testamenti per Sebastianum Brant.
Dialogus de laudibus & miraculis beatæ Mariæ, Bernardus monachus Carthusieñ.
De miraculis D. Mariæ & sanctorum, Dionys. Carth. lib. 8. de fide cathol.
De miraculis S. Mariæ liber sine authore. Vidi manuscriptum, chartis circiter 8. Incipit: Ad omnipotentis Dei laudem: & ipse liber, Fuit in Toletana urbe.
De locis mirificis b. uirginis, Seb. Brant.
Sigillũ S. Mariæ, Honorius Augustod.
De uirgine Maria historia, Rabani Bonbelli.
De sacrificio Abrahæ & Mariæ, Richardus de S. Victore.
Quod null9 est sine peccato hic excepta uirgine, Lombardus 3. 3.
De partu uirginis poëma Actij Syncери.
De purificatione dialogus per modum

orationis, Iodoci Galli.
M. Lutheri sermo Germanicus de partu uirginis, & quomodo tum ipsa tum sancti honorari debeant.
Huld. Zuinglij sermo de perpetua uirgine Maria, Germanicus, & Latinus per Rod. Gualtherum, Tomo 1. operum Zuinglij.
An duas naturas conceperit Deipara, Ioannes Damasc. lib. 4.
De perpetua uirginitate Mariæ, Ioā. Faber episcopus Vienn. loco 16. Hugo de S. Victore. Hildefonsus.
De castitate uirginis Marię liber cum uarijs figuris rerum in natura mirabilium, Germanicis quoq; rythmis adiectis, nescio cuius authoris, impressus.
De conceptu uirginali, Anselmus.
De cōceptione Mariæ, Ambrosius Choranus. Bernardinus Senensis. Carolus Phernandus. Dominicus Bolanus. Franc. Martinus. Henricus Arnoldus. Henricus de Hassia. Henricus Oyta. Hermañus Schildis. Ioānes de Teneramūda. Iodocus Clichthoueus. Iacobus monachus Græce. Laurentius Calcaneus. Michaël Angrianus. Petrus Aureolus. Sixtus 4.
De triplici candore beatæ Virginis, Iac. Vuimpfelingus, cōtra impugnantes purissimam conceptionem eius.
De puritate conceptionis beatæ Mariæ libri 2. Parisijs impressi, apud Hen. Stephanum puto.
Contra Marianæ puritatis detractores, Dominicus Bolanus.
Contra impugnantem purissimam conceptionem Dei genitricis prolixa epistola Fran. Vuyler monachi.
De purissima semper conceptione Mariæ uirginis, Ioan. de Veteri aqua: & super eadem re epistolæ contra Vuigandum ordinis Prædicatorum.
Contra eundem Vuigandum, Rugerus de Venray. Phil. Albertus Carmelita. Matthæi Herbeni Antilogion.
Eiusdem Vuigandi reuocatio.
In fratrem Pensantem manus purissimā D. Virginis conceptionē impugnantem, & Basilienſe concilium contemnentem, Iac. Vuimpfelingij epistolæ.
Theodericus Gresemundus iunior.
In laudem D. Mariæ contra impugnantes purissimā conceptionem eius, Iacobus Vuimpfelingius.
Contra Vincentium de Nouo castro de purissima cōceptione D. Virginis male sentientē, Philippi Kerszbeele Carmelitæ tractatus, à Carolo Phernando monacho Benedictino ad elegantiorem stilum redactus.
Contra eundē, Iodocus Badius. Arnoldus Bostius Carmelita.
Virginitatem Mariæ destruebat Iouinianus, dicens eā pariendo fuisse corruptā, Aur. Augusti. ad Quoduultdeū.
Heluidiani uirginitati Mariæ ita contradicunt, ut eam post Christum alios etiam filios de utero suo Ioseph peperisse cōtendant. Hos Epiphanius Antidicomaritas uocat, Aur. Augustin. ad Quoduultdeum, hæresi 84.
De uirginitate Mariæ uirginis cōtra Heluidium, Hieronymus Strid. Tomo 2.
Compassio uirginalis, Sebastiani Brant.
Mariæ tribulationes, quas sustinuit in filij sui passionibus, Pharetra.
De assumptione D. Virginis, oratio Iacobi Vuimpfelingij. Io. Faber Vienn. Augustini Dathi oratio coram papa. Aur. Augustinus Tomo 9. Hieronymus Strid. Tomo 4. Anselmus Cant. Liber, nescio cuius authoris, impressus Parisijs apud Hen. Stephan. puto.
De transitu S. Mariæ liber Melitonis Asiatici.
Marthæ uita, Antonin. Flor. Tit. 6. cap. 19. & 20.
De instituto Marthæ epistola, Ioan. Gerson Tomo 3.
Matthæi Euangelistæ uita, Antonin. Florent. Tit. 6. cap. 13.
Matthiæ apostoli uita, Antonin. Floren. Tit. 6. cap. 15.
De miraculis eiusdem libri 5. Lamperti de Legia monachi.
¶ De uita Pauli libri 7. Vuerneri Carthusieñ. Vide supra Titulo 2. in Actis apostolorum de raptu eius in tertium cœlum, & alia quædā ibidem à principio partis 9.
De discipulis S. Pauli, Antonin. Floren. Tit. 6. cap. 28.
Itinerarium D. Pauli, Petri Apiani. Vide plura

de plura mox unà cum Petro.
De uinculis Petri, sermo Hieron. Strid. Tomo 4.
De Petri discipulis, Antonin. Flor. Tit. 6. cap. 26.
Disputatio Petri à Clemente scripta.
Clementis Romani episcopi epistola de obitu Petri, & quod se reliquerit successorem, Rufino interprete.
De cõflictu Petri & Simonis magi, Marcellus Simonis magi discipulus.
Parœmia, Etiam nunc iuxta illud Coryphæi, siletur quidẽ Petri catena, honoratur aũt furis furtũ, Tzetzes 13. 482.
Parœmia, Non enim ego melior Petro fui, passus sum aliquid pusillanime, Tzetzes 13. 462.
Libro fabuloso quem uocant Secreta Petri, Copti utuntur, B.
De primatu Petri, Ioan. Eccius.
De authoritate Petri, Richardus de S. Victore. Vide supra Tit. 5. Parte 2. ubi de papæ primatu agitur.
Clementis Itinerarium, siue de actis & peregrinationibus Petri, Romæ extat Græce in Vaticana Biblioth.
Petri tanquam primi pontificis Romani uita describitur ab illis qui Pontificũ Rom. uitas scripserunt.
Aduersus authorem qui scripsit Petrum apostolum non fuisse Romæ, Gregorius Cortesius Cardinalis.
Simonis Hessi apologia contra Roffensem episcopũ super cõcertatione eius cum Vlrico Veleno an Petrus fuerit Romæ, & quid de primatu Romani pontificis sit censendum.
Petrus & Paulus, Pharetra.
Vita Petri & Pauli post Christi ascensionem, Antonin. Florent. Titul. 6. cap. 4. & 5.
De actibus Petri & Pauli, Marcellus Simonis magi discipulus.
De Petri & Pauli martyrio, Lino papa 1.
Petri & Pauli peregrinatio per Des. Erasmũ cum paraphrasi in Acta apost. Hermagoras Krafft.
De martyrio siue passione Petri & Pauli epistola Lini papæ 1. Aur. Prudẽtius. Polydorus 4. 2.
De uita & origine Pilati, uersus barbari impressi, nescio cuius authoris.
Philippi apostoli uita, Antonin. Florent. Tit. 6. cap. 11.
Vita Simonis & Iudæ, Antonin. Florẽt. Tit. 6. cap. 14.
De Simone mago, Cælius Rhod. 25. 29. De eodem, & quomodo Romæ pro deo habitus sit, &c. Crinitus 8. 1. Vide supra Tit. 6. Parte 2. in S.
¶ De Simonis magi & Petri conflictu, Marcellus Simonis magi discipulus.
De S. Stephano, Maximus Taurineñ.
De inuẽtione S. Stephani, Lucianus Hierosolymit.
¶ Thomæ apostoli uita, Antonin. Flor. Tit. 6. cap. 10.

¶ PARS 4. *De concilijs, & eorum constitutionibus, in genere primum, deinde particulatim, de Græcis seorsim & Latinis, obseruato temporum ordine, quãuis non exacte.*

De modo celebrãdi cõcilia, liber impressus nescio cuius authoris, conijcio aũt M. Buceri esse. Cõmemorandus autẽ erat supra Tit. 5. parte. 3. ubi de Concilijs in genere locus est, fol. 92. a.
Capita synodica confecta ἐν τῷ μονῷ τοῦ Στουδίτου, in Italia extant.
Leges & canones conciliorũ Græce, Romæ in Vaticana biblioth.
Synodicæ constitutiones quum generales tum prouinciales, uarijs de rebus, excusæ Basileæ apud Rob. Vuinter in 8. chartis 21.
Statuta synodalia Valentini episcopi.
Capitula collecta ex diuersis cõcilijs, per Martinum episcopum Braccareñ.
Ecclesiæ canones & ritus ueteres, opus pulcherrimũ in 4. Venetijs manuscriptum seruatur in Bibliotheca S. Antonij, folia coniuncta habet 475.
Diuersorũ authorũ libelli ecclesiastici ad cõcilia pertinẽtes circiter 66. Orthuino Gratio curante in uno uolumine impressi.
De catalogo synodorum, Phil. Melanchthon Tomo 1.
Fasciculus conciliorũ, nescio cuius authoris liber impressus.
Conciliorum omnium Tomi 2. per Petrum Crabbe. Machlinienſem Francischanum, Coloniæ editi 1538.
Conciliorũ omnium tam generalium ꝯ

particulariū à temporib. Agapeti papæ uſq; ad Eugeniū papam quartum ex uetuſtiſſ. bibliothecis collectorum, Volumē impreſſum Coloniæ 1538. Vide ne idem ſit præcedenti.

Concilia Græcorum, Venetijs apud Aldum excuſa Græce.

¶ Canones apoſtolorū & cōciliorū Græce per Theodorum diaconum.

Canones apoſtol. 84. cōgeſti à Clemēte.

Expoſitio ſanctarū ſynodorū omnium, iuxta ordinē temporum, quibus celebratæ ſunt, Græce extat Romę in Vaticana Biblioth.

Liber ſynodicus per epitomen cōtinens omnes ab apoſtolorū tempore tum orthodoxas tum hęreticas ſynodos uſq; ad octauā œcumenicā ſynodū, extat in bibliothecis Italię & Auguſtę Rhæticæ. Codex manuſcriptus quem uidi, chartis conſtat 9. & dimid. ſine nomine authoris.

Ioānis Pſelli carmina in ſeptem ſanctas ſynodos.

Liber Græcus continens canones apoſtolorū, & ſſ. patrū in omnes ſynodos, & epiſtolas uariorū ſanctorum, in Italia.

Sacri canones apoſtolorū & ſeptimæ œcumenicæ ſynodi, et alię particulares, & ſanctorū patrū canones, oēs Græce in uno codice, cum expoſitionibus Io. Zonaræ & Theodori Balſamon.

Acta quarti œcumenici cōcilij, itē ſexti, ſeptimi, & octaui cōtra Photiū; & alterius poſtea q̄d Photiū reſtituit. Rurſ9 Acta eorundē cōtra Photiū & p ipſo, Græce extat in Italia huius inſcriptionis codex.

Concilia prima quatuor, Nicenum, Conſtantinopolitanū, Epheſinum, et Chalcedonenſe, excuſa Baſileæ cum Recognitionibus Clementis in fol.

Cōciliū Nicenū, excuſum Colonię apud Quendel. Neſcio an idē ſit q̄d à Gyberto Longolio translatum prodiuit.

De concilio Niceno, Hilarius papa. Antonin. Flor. Tit. 9. cap. 3.

Cōtra Euſebiū de Nicena ſynodo, Athanaſius, interprete Def. Eraſmo, cuius etiam operum Tomo 8. habetur.

Volumen Græcū manuſcriptū de actis in Synodo Nicena, in fol. chartis 24. Præponit authoris, plogus, cuius nomen tamen non exprimit, qui librum collegit ex uetuſtiſſimo q̄dam codice, ut ait: itē ex Euſebio, Rufino presbytero Romæ, & Ioanne quodā presbytero uiro antiquiſſimo, & alijs diuerſis. Vetuſtū illum codicē à Dalmatio archiepiſcopo Cyzíceno ad patrē ſuū eiuſdē loci presbyterū peruenisſe ſcribit.

Decretū primę ſynodi. Symachus papa.

¶ De concilio Epheſino, Hilarius papa.

Apoſtolorū & ſanctorū conciliorum 13. Decreta, Græce excuſa Pariſijs apud Conradū Neobarium 1540. in 4. charthis 30. Synodorum nomina hæc ſunt: Nicæna prima. Ancyrana. Neocæſariana. Gangrana. Antiochena. Laodicena. Cōſtantinopolitana. Epheſina. Calchedonica. Sardicenſis. Carthaginenſis. Conſtantinopolitana in Trullo. Nicæna ſecunda.

Ex præfatione Ioan. Tillij Engoliſmenſis, cuius opera hoc uolumen adornatum & euulgatum eſt, ad Franciſcum Turnonium Cardinalem: Quod ſi ſtudium noſtrū boni conſulueris, proinde nauabo operā, ut reipub. deinceps, ſi nō maius, certe par munus oferā: nam eſt penes nos Tomus huius operis ſecundus, qui ſanctorū patrū, eorūq; Græcorū, epiſtolas canonicas cōplectitur, uaria eruditiōe & pietate inſtructas: quas itidē atq; hos canonas à doctiſſimis diui Hilarij Pictauienſis canonicis, hac lege accepimꝰ, ut in pij lectoris gratiā euulgent. Ex eodē collegio permulti alij, tum Græci tum Latini codices deprompti, antehac in lucem prodierunt.

¶ Interualla Synodorū 7. ex Ioā. Pſello.

A prima ad 2. anni 56.
A ſecunda ad 3. anni 40.
A tertia ad 4. anni 30.
A quarta ad 5. anni 102.
A quinta ad 6. anni 129.
A ſexta ad 7. anni 70.

Acta Oecumenicę tertię ſynodi in Epheſo ſub Theodoſio contra Neſtorium collectæ. Codex Græcus manuſcriptus in folio chartis 128. Ab initio prę ponuntur capita totius libri numero 140. Plurima inſunt Cyrilli, & ſi quæ

eius

eius non sunt, uidentur tamen ei adscribi posse, quod ipse in illo concilio præfuerit, eoq; consentiente ac disponente omnia gesta sint. Extant Venetijs ad S. Antonium, & Augustæ Rhæticæ. Vuolfg. Musculus in quarto Tomo operũ Cyrilli, quæ Heruagius Basileæ nuper excudit, plęraq; ex hoc uolumine transtulit.

Synodi orientalium decreta, atq; eorum confessio, qui cum Ioan. Antiocheno senserunt. Eius initium tale est: Sancta synodus diœceseos orientis, & hij qui cum ijsdẽ ex diuersis diœcesibus & prouincijs cõuenerunt, Bithyniæ, Pisidiæ, Cappadociæ secũdæ, Paphlagoniæ, Europæ, Mœsiæ secũdæ, Rhodopæ, Daciæ, Thessaliæ, interloquuti sunt ea quæ in subiectis habẽtur, &c. Repetuntur in hoc libello & enarrantur duodecim capitula siue anathematismi, quæ continentur in epistola Cyrilli ad Nestorium, sesquicharta cum octaua parte in fol. Henricus Petrus excudit Basil. in opere quod inscribitur antidotum contra hæreses.

Synodales epistolæ 12. Ephesi congregatæ Synodi, cui Cyrillꝰ præfuit, Vuolfgango Musculo interprete.

Ioannis Comitis Sacrensis epistola, scripta ab Epheso ad reges, qua docet qd egerit ubi Synodum conuenit: habetur in Cyrilli libro apologetico ꝓ 12. anathematismis.

¶ De concilio Chalcedonensi, Hilarius papa. De actis eiusdẽ Paschasinus.

¶ Acta septimæ synodi, Romæ extant Græce in Vaticana biblioth. Latine reddidit Anastasius Bibliothecarius.

Encomium Græce scriptum, in sanctos patres & œcumenicos doctores, qui in septem sacris & œcumenicis concilijs conuenerunt, nescio cuius authoris in Italia extat.

Acta concilij contra Photiũ patriarchã. Eiusdem Photij purgatio & defensio: Græce extant in biblioth. Diegi Hurtadi Cæsarei in Italia legati.

Acta octaui concilij Florentię celebrati, item quinti, Græce in Italia.

Gennadij patriarchæ Constantinop. & Synodi cũ eo, epistola ad omnes metropolitas & papam Romanum.

De synodo collecta contra Barlaam & & Acindyni hæresin.

¶ De SYNODIS Latine celebratis.

Synodus Romana sub Damaso papa, cum Recognitionibus Clementis excusa.

Decretum synodi Romanæ per Symmachum papam. Idẽ de gestis alterius Synodi Romanæ.

Decretum synodale, Hilarij papæ: & aliud Gelasij. Plura uide supra libro 19. de iure Indicis 2. Tit. 3.

Carthaginensis concilij epistola 1. cum Clementis recognitionibus impressa. Conciliũ hoc Græce descriptũ extat in uolumine quod Ioã. Tillius edidit.

Partes Carthaginensis concilij, Innocentio Pontifici max. quid in eo actũ fuerit contra Pelagium & Cœlestiũ hæreticos exponentes: epistola numero nonagesima inter D. Augustini epistolas.

Aribonis archiepiscopi Moguntini synodus cum coepiscopis ac abbatib. suis, anno Domini 1023. apud Saligunstat celebrata, in qua de ieiunijs & alijs ceremonijs fit decisio.

Gesta duorum conciliorum, quæ inter reliqua minus reperiuntur, nempe Magunciaci, celebrati anno 853. v. Idus Iunij: & Vuormacienſis 17. Calendas Iunij. Præterea capita nõ pauca synodorum, Antiocheni, Carthaginensis, Calcedonensis, atq; ex decretali papæ Gelasij, hactenus nondum in lucem edita: Henricus Petrus Basileæ excudit 1532. in 4. chartis 8.

Mileuitani concilij epistola, cum Recognitionibus Clementis excusa.

Acta concilij Tiburiensis, impressa in 4.

Christophori Marcelli oratio in quarta sessione concilij Lateranensis.

¶ De synodis Galliarum, Hilarius Pictauiensis.

De concilijs tribus Arelatensibus, Cæsarius Lyrineñ.

Decretum trium conciliorum Arelatensium, Cæsarius episcopus Arelateñ. scripsit.

De concilio Viennensi, Antoninus Florent. Tit. 21. cap. 3.

¶ Concilij Cõstantiensis decreta, per Ioannem Gerson Tomo 1.

Acta & decreta generalis concilij Constantiensis impressa Haganoę 1500. in 4. per Henricum Gran, chartis 28.

Historia eiusdẽ Germanice excusa Augustę Vindelicorum olim, nescio quo authore: & nuper Tiguri authore Io. Stumpff.

¶ Concilium Basiliense, Coloniæ excusum in fol. apud Quendel.

Acta concilij Basilieñ. per Aeneam Syluium.

De actis concilij Basiliensis duo magna uolumina Ioannis de Segobia, Basileæ manuscripta in Biblioth. magnæ ecclesiæ.

De Eugenij 4. practica, ut concilium Basiliense rex Francorum dissolueret ex Nicolao à Clamengijs archidiacono: Liber excusus Coloniæ 1535. cum concilio Basiliensi ab Aenea Syluio descripto.

Iuliani Cardinalis epistolæ 2. in quibus libere scribit ad Eugenium Pontificẽ Romanum, male conantem dissoluere concilium Basiliense.

Vniuersitatis Parisiensis ad futurũ Concilium contra Leonem x. appellatio, in qua omnes ferè ecclesiæ Romanæ abusus referuntur, & Concilium Basiliense sacrum fuisse probatur, & in spiritu sancto legitime congregatum: Impressa Coloniæ 1535. cum Aeneæ Syluij descriptiõe cõcilij Basilieñ. &c.

Indictio concilij Pisam, in historia Michaëlis Coccinij.

Regis Angliæ epistola de synodo Vicentina.

Põtificij oratoris legatio in cõuentu Norebergensi, anno 1522. cum Cæsaris aliorumq; principum responso. Hic uides centum grauamina Germanis à Romano pontifice imposita iniquissime, & quanta non à Germanis tantum, sed omni Christiano orbe Romę persoluantur, &c. Liber hoc titulo impressus. Vide supra Tit. 5. Parte. 2. ubi de bonis ecclesiasticis.

Particulares quasdam synodos, & disputationes Lutheranorũ (ut uocant) uide supra Tit. 6. Parte 4.

Disputatio Groningensis, typis excusa.

Colonienſis concilij prouincialis canones anno 1536. celebrati. Formula ad quam utilitatio intra diœcesim Colonienſem exigiẽ. Reformatio cleri ad correctionem uitæ & morum. Statuta synodalia Valentini episcopi Hildeshemenſis. Formula uiuendi canonicorum, uicariorum, & aliorum presbyterorum sæculariũ: uolumen hoc titulo excusum Venetijs apud Ioannem Francesium 1543. in 8. Eadem, uel Canones saltem, prius Coloniæ impressérat typographus Quendel.

Conuentus Augustensis, 1518. typis excusus.

Acta Vuormaciæ 1521.

De conuentu Augustano Phil. Melanchthonis epistola. Eiusdem libellus, Cur qui confessionem Augustanam confitentur, &c.

Quæ de pace acta sint cum protestantibus Augustæ, Schuuinfurti, Neroberg æ, Frãcofurti, & Haganoæ, liber excusus, Germanice puto.

Ad Carolum v. Spiræ agentem, Io. Caluini supplex exhortatio.

Per quos steterit quo minus Haganoæ proximis comitijs de cõponendo religionis dissidio, initum colloquium sit, Mart. Bucerus.

De actis colloquij Ratisbonensis, Mart. Bucerus.

De microsynodo Norimbergensi, Rudbertus à Mosham decanus Patauieñ.

Acta comitiorum ab anno 4. usq; ad postrema Ratisbonensia anni 1546. authore anonymo, proxime excudenda (ut audio) aut fortè iam excusa in Germania. Plæraq; istorum poterant etiam referri ad Lutheranorum disputationes de quibus supra Tit. 5. par. 4.

Mart. Buceri oratio exhortatoria ad Synodum Tridentinam, anno 1546.

Acta Synodi Tridentinæ Sessionum septem, cum antidoto per Ioan. Caluinum, excusa Geneuæ 1547. char. 18.

Contra Ioan. Caluini censuram breuis cõfutatio circa duas præcipue calumnias, per Ioan. Cochlæum.

Admonitio atq; hortatio legatorũ sedis apostolicæ

apostolicæ ad patres in concilio Tridentino lecta in prima sessione, anno 1546. & eodem anno impressa Venetijs in 4. chartis 3.

¶ De duobus Tomis conciliorũ Coloniæ impressis apud Petrũ Quentel 1530. in fol. cum indicibus, chartis 258.

¶ Conciliorum quatuor generaliũ (quæ diuus Gregorius magnus tanquam quatuor Euangelia colit ac uenerat̃ur) Tomus primus. His accedunt,

Quadraginta septem concilia prouincialia authentica.

Decretorum etiam sexagintanouẽ pontificum, ab apostolis & eorundem canonibus, usq; ad Zachariam primũ, Isidoro authore.

Item Bulla Aurea Caroli 4. de electione regis Romanorum.

Eiusdem operis Tomus secundus, quo continentur,

Practica quintæ Synodi Constantinopolitanæ.

Sexta Synodus Constantinopolitana.

Acta concilij Constantien.

Decreta concilij Basilien.

Approbatio actorum concilij Basiliensis per Nic. P.

Confirmatio constitutionũ Friderici & Carolinæ.

Ex præfatione Iacobi Merlini doctoris theologi ad Stephanũ & Franciscum Poncherios Senonen. & Parisiẽsis ecclesiæ præsules. Sacrosanctorum conciliorum orthodoxorumq; pontificum instituta, quæ partim dudum beatus Isidorus in unum comportauerat, partim tu reuerendissime pater plumbo obfirmata, publicanda dedisti, in unum referre uolumen non dissimulaui.

¶ *Primi Tomi contenta, hoc ordine.* Dd. *decreta significat,* C. *concilium.* pa. *papæ.*

Ordo de celebrando C. Canones apostolorum.
Dd. Clementis pa. & mart.
Dd. Anacleti pa. Dd. Euaristi pa.
Dd. Alexandri. Dd. Sixti pa.
Dd. Telesphori pa. Dd. Igínij pa.
Dd. Pij pa. Dd. Anitij pa.
Dd. Soteris pa. Dd. Eleutherij pa.
Dd. Victoris pa. Dd. Zepherini pa.
Dd. Calixti pa. Dd. Vrbani pa.
Dd. Pontiani pa. Dd. Antheri pa.
Dd. Fabiani pa. Dd. Cornelij pa.
Dd. Lucij pa. Dd. Stephani pa.
Dd. Sixti pa. Dd. Dionysij pa.
Dd. Felicis pa. Dd. Eutychiani pa.
Dd. Gaij pa. Dd. Marcellini pa.
Dd. Marcelli pa. Dd. Eusebij pa.
Dd. Melchiadis pa. De primitiua ecclesia, & edicto Constantini.
C. Nicenum. Fides Gregorij maioris.
C. Ancyranum.
C. Neocæsariense. C. Gangrense.
C. Saedicense. C. Antiochenum.
C. Laodicenum. C. Constantinopolitanum. C. Ephesinum.
C. Chalcedonense. Edictum Martiani imperatoris. (storum.
Sacra Valentiniani & Martiani augu-
Edictũ Martiani imperatoris contra hæreticos. Epistola formata qualiter debet fieri.
Concilia Carthaginensia septem.
C. Mileuitanum.
Concilia Arelatensia tria.
C. Valentinum. C. Taurinate.
C. Regiense.
C. Auraicense, aliás Arausicum.
C. Valense. C. Agathense.
C. Aurelianense. C. Elibertinum.
C. Tarraconense. C. Gerundense.
C. Cæsaraugustanum.
C. Ilerdense. C. Valentinum.
Concilia Toletana 13.
Concilia Braccarensia 2.
Liber capitulorum ex diuersis concilijs collectorum à beato Martino Braccarensi episcopo.
C. Braccarense tertium.
Concilia Spalensia 2.
Excerptiones ex Dd. Syluestri pa.
Dd. Marci pa. Dd. Iulij pa.
Dd. Liberij pa. Dd. Felicis pa.
Dd. Damasi pa. Dd. Siricij pa.
Dd. Anastasij pa. Dd. Innocentij pa.
Dd. Zosimi pa. Dd. Bonifacij pa.
Dd. Cœlestini pa. Dd. Sixti pa. 3.
Dd. epistolica Leonis pa. 1.
Dd. Hilarij pa. Dd. Simplicij pa.
Dd. Felicis pa. Dd. Gelasij pa.
Dd. Anastasij pa. Dd. Symmachi.

Liber Ennodij pa. Dd. Hormisdæ pa.
Libellus fidei Ioannis Constantinopolitani. Dd. Ioannis pa.
Dd. Felicis pa. Dd. Bonifacij pa.
Dd. Ioannis pa. Dd. Agapiti pa.
Dd. Syluerij pa. Dd. Vigilij pa.
Dd. Pelagij pa. Dd. Ioannis pa.
Dd. Benedicti pa. Dd. Pelagij pa.
Dd. Gregorij pa.
Dd. Gregorij minoris.
Dd. Vitaliani pa. Epistola Martini pa.
Dd. Gregorij 3.
Epistolæ Zachariæ pa.
Bulla aurea Caroli 4. de electione Romanorum regis.
Bulla Pij pa. 2. de non appellando ad futurum concilium.

¶ *Summarium secundi Tomi.*

Quinta synodus Cõstantinopolitana nõ actionibus, aut sessionibus, aliarum more, ob difficultatem atq; raritatem exemplariũ distincta, multos damat hæreticos, quos à repub. simul cũ suis operibus Iustinianus imperator abegit instrumento publico.
Sexta Synodus Constantinopolitana in 18. actiones secta est, cõtra hæreticos qui duas in Christo uoluntates atque naturas esse negarunt.
Concilium Constantiense 45. sessiones continet, pro sedandis schismatibus exortis in re ecclesiastica, occasione diuersorum cõtendentium de primatu ecclesiæ.
Concilium Basiliense 45. pariter sibi sortitur sessiões, de pastore ueritatis consulens.
Bulla Nicolai papæ v. approbantis Acta concilij Basilieñ.
Confirmatio constitutionum Frederici imperatoris & Carolinæ.

¶ PARS 5. *pontificum historias qui scripserint. Ordo successionis eorum. Eorundem ordo alphabeticus.*

Raphaël Volaterranus commentariorũ suorum libro 22. historias pontificum breuiter perstringit: Et ab eiusdem libri initio authores alios cõmemorat, his uerbis: Pontificum Romanorum temporum eorum historiam scripsere, in primis Damasus Pont. Anastasius Bibliothecarius, Paulus Diaconus Aquileiensis, Guido Raueñas presbyter ab hinc annos sexcentos. Sigisbertus monachus usq; ad annũ 1131. Vgo Florianus. Sicardus Præsul Cremonensis. Gotfredus Viterbiensis itẽ Præsul. Vicentius & Martinus Carsulanus, ordinis ambo Prædicatorũ, Io. 22. tempore, cui Landulphus de Columna canonicus. Idem Carnotensis opus etiam de his dedicauit. Post hos Sazomenus presbyter Pistoriensis, longum uolumen ab initio mundi. Geruasius Riccobaldus Ferrariensis usq; ad sua tempora, annum M. CCC. Ptolomæus Lucensis. Antoninus Præsul Florentinus. Postremo Platina. Ex Græcis autem Eusebius Cæsariẽsis, Sozomenus Salaminius, Socrates Constantinopolitanus monachus, qui Iustiniani temporibus rerũ Romanarum epitomen fecit. Nouissimus Zanoras item monachus, res orbis ingenti uolumine epitomauit. Atq; horum omniũ libri ad nos peruenerũt, quos omnes congessi, &c. Hæc ille.
Præter istos, Pontificum historiam scripsisse nouimus, Albertum monachũ, & Iacobum Zonum.
Iacobi Ziegleri Acta papalia, nondum edita, ut audio.
Ioachim abbas Calaber de 15. pontificibus liber, Prognosticus puto non historicus.
Vita & mores summorum pontificũ per Io. Stellam usq; ad Iulium 2. siue annum 1503.
De uitis pontificum, Renus episcopus Paduanus.
Platinæ historia Germanice etiam exiuit nuper, Gaspare Hedione interprete, cum indicibus, &c.
Antonini Florentini historiarum capita & argumenta, quod ad Pontifices, uide Tomo 1. nostro, Titulo 7. & deinceps ad finem usq;.
De Christianæ fidei & Romanorũ pontificum persecutionibus, Bonifacius Symoneta.
¶ Henrici 4. Cæsaris epistolæ 9. ad. pontificem

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 64:2, Stück 2, [305] - 142v
PUBLIC DOMAIN

tificem Romanum & alios príncipes.
De ſchiſmate paparum Vrbani & Clementis & ſucceſſorum eorum per annos 39. ab anno 1379. uſque ad concilium Conſtantienſe, Theodorici à Niem.
Albertus Crantzius in hiſtoria epiſcoporum Saxoniæ breuiter admiſcet omnium pontificum hiſtoriam.

¶ *Ordo ſucceſſionis pontificum.*

Cõducet hic ordo, non ſolum ut indicis cuiuſdam loco ſit in libros illorum omnium qui uitas pontificũ ſcripſerunt: ſed etiam ad temporum rationẽ & computationem, quam ſæpe deſyderamus.

